XXXIX. Quòd Princeps noſter, nec capitalem ſententiam incurrere poteſt, nec juramẽtum contra quempiam per ſe præſtare, ſed neq; jura producere tenetur. pag: 371.

XL. De modo juramentorum Dominorum Prælatorum & Baronum, ac Abbatum, & Præpoſitorum infulatorum. pag: 372.

XLI. Quid ſit oculata reviſio, & qualiter celebrari debeat. pag: 373.

XLII. De ſententiarum ſpeciebus, ac diverſitatibus & executionibus. pag: 375.

XLIII. Capitalis ſententia quomodo differat ab emenda capitis ſententia. 377.

XLIV. De caſibus in quibus etiam contra Eccleſiaſticas perſonas capitalis ſententia fertur. pag: 379.

XLV. Qualiter debita, ac damna ſpirituales perſonæ reddere debeant. pag: 381.

XLVI. Quomodo Capitulum, vel Conventus ſimul, & quomodo perſonæ privatæ ſeorſim ſententiari debeant. pag: 382.

XLVII. Quid ſi una perſona Capitularis ſententiata fuerit, agendum ſit. pag: 383.

XLVIII. De compenſatione damnorum per officiales Eccleſiarum perſonarum irrogatorum. pag: 384.

XLIX. Quomodo Prælatus cum Capitulo ſimul, & quomodo ſeorſum judicium portarit. pag: 385.

L. De annuali prorogatione Dominorum Prælatorum, noviter electorum. pag: 387.

LI. Quòd Prælati Eccleſiarum ob delicta prædeceſſorum ſuorum condemnari non poſſint. pag: 388.

LII.

39. Hogy az mi Fejedelmünk fejen nem maradhat, és ſenki ellen nem tartozik ſzemélye-ſzerint meg-is eskünni, ſem penig oklevelеit elő hozni. pag: 371.

40. Az Pap Uraknak, Szabad Uraknak, és Szkokomos Apát Uraknak, és Præpoſtoknak eskűvéſeknek módgyáról. pag: 372.

41. *Oculata reviſio*, az az, az ſzemmel való meg-látás, mi és mint legyen. pag: 373.

42. Az ſententiákról, és azoknak külömbſęgekről, és végben való vételéről. 375.

43. Az fejen való maratság, mivel legyen külömb az fő váltságnál. pag: 377.

44. Affęle dolgokról, mellyekért az egyházi ſzemélyeket-is fejeken maraſztyák. pag: 379.

45. Az adoſságot és kárt, mint fizeſſęk meg az egyházi ſzemélyek. pag: 381.

46. Az Captalan avagy Conventet eggyűt avagy külön külön ſzemélyenként miképpen ſententiázzák. pag: 382.

47. Az Captalan gyülekezeti kőzzül, ha külön egy ſzemélyt meg-ſententiáznak, mit kel cselekedni. pag: 383.

48. Az Egy-házi ſzemélyeknek Tiſzt-tartói ha kárt téſznek, mint kel raytok meg-venni. pag: 384.

49. Az Pap Urakat miképpen itillyék meg az Captalannal eggyűt avagy külön, pag: 385.

50. Az Prælatuſoknak, kiket uyjonnan válaſztnak, eſztendeig való haladékokról. pag: 387.

51. Hogy az Prælatuſokat, az ő elejek vetkeért meg nem büntethetik. pag: 388.

52. Hogy

LII. Quòd causa factum juris possessionarij tangens, in foro Ecclesiastico tractari nequit: si etiam promissio vel testamentum interveniat. pag. 391.

LIII. Quid Officialis vel Decanus Capitularis inter jobagiones Capitulares agens, valeat. pag: 393.

LIV. De priore Auranæ, & ejus conditione, ac de sententiis in eum ferendis. pag: 394.

LV. De capitalis sententia & executionis ejus serie. pag: 395.

LVI. Qualiter bona per sententiam occupata, de manibus Judicis, & adversæ partis sint redimenda. pag: 197.

LVII. Quid gratia Principis, homini sententiato facta, valeat, & de partibus judiciariis. pag: 398.

LVIII. Quando & quomodo poterit detineri in sententia capitali convictus. 402.

LIX. Quid sit & quando admittatur rationabilis excusatio, in literis judicialib⁹ consveta. pag: 403.

LX. Quomodo portiones filiorum ac filiarum & fratrum tempore executionis sententiæ excidi debeant. pag: 405.

LXI. De æstimatione jurium paternorum, vel fraternorum, litis inter medio decedentium. pag: 407.

LXII. Qualiter filij ante & post sententiationem patris nati in bonis paternis succedant. pag: 408.

LXIII. Utrum filius post patris sententiationem natus, possit redimere paterna bona. pag: 410.

LXIV. Quid si pater cum filio, vel omnes fratres simul sententiabuntur. pag: 411.

LXV.

52. Hogy az jószág dolgában, az Egy-hazi széken nem perelhetnek: még ha elŏben való igiret, vagy Testamentom forgot-vólna benne-is. pag: 391.

53. Az Captalanbéli Tiszt-tartónak és Decánoknak, az jobbágyok kŏzŏt való méltóságáról. pag: 393.

54. Az Auranæ Priorról, és az ŏ állapattyáról, és ŏ réa való tŏrvény-tételről. 394.

55. Az kit fejére itilnek, mint kellyen véle-bánni. pag: 395.

56. Az sententia által el-foglalt jószágot, az Biró kezéről, és az pŏres fęltől, mint válthattyák meg. pag: 397.

57. Az Király kegyelme az meg-sententiázot embernek mit használlyon, és az meg itilit részekről. pag: 398.

58. Mikor és mint fogtathattyák meg azt ki fejen marasztották. pag: 402.

59. Mi legyen és mikoron engettessęk meg az méltó maga mentsęg, kit az Birák itiletiről kŏlt levelekben szokták irni. p: 403.

60. Miképpen kel az fiak és az leányok, és az attyafiak részeit az sententiában való eljáraskort, kŭlŏn szakasztani. pag: 405.

61. Az Pŏr kŏzben meg-kŏlt Attyáknak és Attyafiaknak jószága bŏcsŭlésęről. pag: 407.

62. Az fiak az Attyok sententiazásra elŏtte, és utánna kik szŭletettek, miképpen juthatnak az attyok jószágához. pag: 408.

63. Az Attya meg-sententiáztatásának utánna lŏt fiu, az attyai jószágot meg-válthattyák avagy nem pag: 410.

64. Medgyenek ha az attya az fiával eggyŭt meg-sententiáztatik. pag: 411.

LXV. *Utrum per ſententiam in curia Regia latam, etiam bona in Sclavonia vel Tranſylvania habita, amittantur, & è converſo.* pag: 412.

LXVI. *De ſententia per notam infidelitatis pronuncianda.* pag. 415.

LXVII. *De actibus potentiariis minoribus, & ſententiis ſuper ea referendis.* pag: 416

LXVIII. *De cauſa, in qua etiam vigore minoris ſententiæ quis detineri poteſt.* pag 420.

LXIX. *De pœna violationis ſedis judiciariæ, & deſolutione oneris minoris ſententiæ.* pag: 423.

LXX. *Calumnia quid ſit, & quot modis committatur, & de pœna ejusdem.* 425.

LXXI. *Quæſtio notabilis & advertẽda ſuper facto calumniæ.* pag: 427.

LXXII. *De emenda linguæ, & de pœna ejuſdem.* pag: 432.

LXXIII. *Quid ſit repulſio, & de modo ac pœna ejuſdem.* pag: 433.

LXXIV. *Declaratio Articuli Decreti generalis ſuper repulſione conſcripti.* pag: 435.

LXXV. *Quòd nota infidelitatis tribus modis fertur & pronunciatur.* pag: 440.

LXXVI. *Utrum ille poſſit repulſionem facere, qui in proceſſu cauſæ non egit.* 445.

LXXVII. *De novo judicio ac ejus modo ſeriei, & proceſſu.* pag: 449.

LXXVIII. *Utrum poſſit novum judicium impetrare, qui in cauſæ proceſſu non ſuccubuit.* pag: 454.

LXXIX. *Procuratoris Revocatio quid ſit, & ubi fieri debeat.* pag: 455.

65. Király udvarában ki adatot *ſententia* által Toth Orſzágban, akar Erdélyben való jóſzágot, az meg-ſentẽtiázot ſzemély egyſzer s-mind el-veſztié avagy nem. 412.

66. Az hitetlenſęgrõl való ſententiának kimondásáról pag: 415.

67. Az kiſſeb hatalomnak dolgáról, és minémũ ſententia mondaſſęk felõle. pag: 416.

68. Affęle põr dolgáról, melyben mégh az kiſſeb ſententia erejével-is az al-pereſt meg-foghattyák. pag: 420.

69. Az ſzék tõrés birságáról, és az kiſſebbik ſententia terhének meg-fizetéſęről. pag: 423.

70. Mi legyen az patvar, és hány-képpen eſſęk-meg, és annak birságáról. pag: 425.

71. Az Patvarról egy fõ kérdés, mellyet jól eſzũnkben kel vennũnk. pag: 427.

72. Az nyelvnek váltságáról és annak birságáról. pag: 432.

73. Mi legyen az repulſio, és annak módgyáról, és bũntetéſęről. pag: 433.

74. Az repulſioról való articulusnak magyarázattya, mely az derék decretumban meg vagyon irva. pag: 435.

75. Hogy az hitetlenſęgnek notája, háromképpen eſik, és tõrvényt-is mondnak felõle. pag: 440.

76. Teheté az repulſiót, ki az põrt nem forgatta. pag: 445.

77. Az uy Itiletrõl, módgyáról, rendirõl és annak follyásáról. pag: 449.

78. Hogy-ha kérheté az uy itiletet, ki az põrben nem forogván, azt el ſem veſztette. pag. 454.

79. Az Prokátor meg-hivás mi legyen, és hól legyen helye. pag: 455.

80. Az

LXXX. Procuratoris responsio, quomodo & quo onere retractari debeat. pag: 456.

LXXXI. Procuratoris responsio duob° modis solet revocari. pag: 458.

LXXXII. Quòd causarum condescensio duobus modis fieri solet. pag. 460.

LXXXIII. Quo modo ante, & quo modo post latam sententiam causa condescendi debeat. pag: 468.

LXXXIV. De illis, qui in alterius causam sese ingerunt, quid sit agendum. 473

LXXXV. Utrum actore liti cedente possit in causam se ingerens in ea re procedere. pag: 476.

LXXXVI. Qualiter Birsagia in processu causarum accumulari solita exigi debeant. pag: 479.

80. Az Prokátornak feleletit miképpen és micsoda terhel hihattyák-meg. pag: 456.

81. Az Prokátor meg-hivás két-képpen szokot lenni. pag: 458.

82. Hogy az pőreknek le-szállitása és le-tétele két-képpen szokot lenni. pag: 460.

83. Az ki-mondot sententia előt, avagy utánna mi móddal kel az pernek le-szállania. pag: 468.

84. Azokról az kik más ember periben akarnak állania, mit kellesség mivelni. 473.

85. Ha az fel-peres az pert belé hadgya, az ki az pőrben bé-állói, méheté az után továb az pőrben avagy nem. pag: 476.

86. Az pőreknek follyásában, az mely birság meg-szokot gyűlni, miképpen kel azt meg-venni. pag: 479.

INDEX TITULORUM

Tertiæ Partis.

Titulus I. De tertia parte jurium & consuetudinum Regni in generali. pag: 483.

II. Utrum quilibet populus vel Comitatus vel Civitas possit per se condere statuta. pag: 484.

III. De consvetudinario jure Regnorum Sclavoniæ & Transylvaniæ peculiari. pag: 488.

IV. De Scytulis Transylvanis, quos Siculos vocitamus. pag: 491.

V. Quid sit homagium, & quot modis intelligatur. pag: 493.

VI. Qualiter causæ de sedibus judiciariis Comitum Parochialium, in curiam Regiam transmittantur: & de Procuratorum in eisdem sedibus revocatione. 495.

1. Titul: Az Országh szokot tőrvényének harmadik részéről közönségesen. pag: 483.

2. Hogy-ha mindeń nép avagy Varmegye, vagy Város, ő mágatól szerezheté szerzést, avagy nem. pag: 484.

3. Toth Országnak és Erdélynek tulaydonszokot tőrvényéről. pag: 488.

4. Az Erdélyi Scythiaijákról, mellyeket Székellyeknek hivunk. pag: 491.

5. Mi legyen az Homagium, azaz Dijú, és hány-képpen ércsék. pag: 493.

6. Király udvarában miképpen bocsássák kérdőre az Vár-megye székiről az pőrősseket, és ugyan azon székben való Procurátor meg-hivásról. pag: 495.

VII. Quales causæ de curia Regia rursus in præsentiam Comitum Parochialium remitti debeant. pag: 497.

VIII. De liberis Civitatibus, & earum conditionibus in generali. pag: 499.

IX. Quòd Cives liberarum Civitatum in eorum homagiis Nobilibus æquiparantur. pag: 500.

X. Qualiter causæ civium liberarum Civitatum, in præsentiam Magistri Thavernicorum Regalium transmittantur. 501.

XI. Quomodo novum judicium in causis civium liberarum Civitatum impetrandum sit. pag. 502.

XII. De Testimonio extraneo, inter cives non acceptando. pag: 505.

XIII. De Fassionibus coram judice & juratis civibus fiendis. pag: 506.

XIV. Quomodo Dominium hæreditatum inter cives ingrediendum sit. ibidem.

XV. De legitima præscriptione, inter cives observari solita. pag: 508.

XVI. Quomodo hæreditas cum pertinentiis inter cives apprehendi debeat. pag: 509.

XVII. De debitis civium, ubi omnis probatio defecerit. pag: 510.

XVIII. De civibus in terris aliorum hæreditates habentibus. ibidem.

XIX. Quomodo civitates ratione jurium possessionariorum juri stare teneãtur. 511

XX. Qualiter cives publicos malefactores punire possint. pag: 515.

XXI. De homicidio per quempiam in defensione sui patrato. pag: 516.

7. Minémű pőreket szoktak Király udvarából viszontag az Vár-megye Ispan eleiben viszsza bocsátani. pag: 497.

8. Az Szabad Városokról, és azoknak közönséges állapattyáról. pag: 499.

9. Hogy az Szabad Városi Polgárok az ő dijokban az Nemessékhez egyenlők. pag: 500.

10. Szabad Varósbéli polgároknak pőreket az Király Tharnok Mestere eleiben miképen bocsássák. pag: 501.

11. Az Szabad Városoknak pőriben, miképen kel uy itiletet kérni. pag: 502.

12. Az kivül való bizonyságot az Polgárok közöt bé nem vészik. pag: 505.

13. Az Vallások az Biró és eskűt polgárok elöt legyenek. pag: 506.

14. Az Polgárok között való örökségnek Uraságában, miképpen kellyen bé-menni. ibidem.

15. Az törvény-szerint való idő mulásról, mely az Polgárok között szokot meg-tartatni. pag: 508.

16. Az Polgárok közöt való örökségben, minden hozzá tartozandoval, mint kell kézhez venni. pag: 509.

17. Az Várossbéliek adosságáról, kiről semi bizonyságot nem állathatnak. pag: 510.

18. Az Polgárokról kiknek más földön vagyon örökségek. ibidem.

19. Az Városok jószágokról, miképpen tartoznak törvént állani. pag: 511.

20. Az Városbéliek az nyilván való gonosz tévőker, miképpen bűntethetik-meg. pag: 515.

21. Az gyilkosságról, mellyet valaki maga óltalmában cselekeszik. pag 516.

XXII. Defenſa, quot modis, & qualiter intelligatur. pag. 519.
XXIII. Utrum propter comminationem factam liceat aliquem offendere. pag: 521
XXIV. An alius alium adjuvare poſſit. pag: 522.
XXV. De villanorum quos jobagiones nuncupamus, conditionibus & legibus. 523.
XXVI. De modo & ordine impenſionis judicij, ex parte jobagionum fiendæ. 525.
XXVII. Qualiter jobagionibus & famulis ignobilibus juramenta decernantur. 533
XXVIII. Qualiter damna & debita per ruſticos, res ac hæreditates non habentes recuperari debeant. pag: 536.
XXIX. Quomodo res mobiles & immobiles ruſticorum inter filios & filias dividantur. pag: 538.
XXX. Qualiter bona ruſtici inteſtati, in Dominum terreſtrem devolvantur. pag: 540.
XXXI. Quod ruſtici per ſemetipſos cum Nobilibus lites ingredi non poſſunt. 543.
XXXII. Qualiter publici malefactores per Comites Parochiales, ac Nobiles privilegiatos puniri debeant. pag: 544.
XXXIII. Quomodo damna per pecudes & pecora illata, recuperari debeant. 545,
XXXIV. De equo furtim ſublato & in exercitu vel extra exercitũ reperto. 547.
XXXV. De cauſarum tranſmiſſionibus & literis tranſmiſſionalibus. pag: 549.
XXXVI. Forma juramenti Judæorum contra Chriſtianos præſtandi. pag: 551.

22. Az óltalmat hányképpen és miképpen kellyen értenünk. pag: 519.
23. Az fenyegetéſért illiké valakit meg-bántani. pag: 521.
24. Eggyik az máſikat ſegithetié-meg avagy nem. pag: 522.
25. Az falubéliek állapattyáról és tőrvényéről, kiket mi Jobbagyoknak hivunk, 523
26. Az Jobbágyok felől való tőrvény-tételnek módgyáról és rendiről. pag: 525.
27. Az Jobbágyoknak és paraſzt ſzólgáknak miképpen itilnek hitet. pag. 533.
28. Adoſságot és kárt paraſztokon (és Nemeſſeknek-is) kiknek marhájok és őrökſégek nincsẽ, mint kellyen megveñi. 536
29. Paraſzt embereknek ingó és ingatlan marhájok, fiai és leányi kőſzt miképpen oſztaſſęk-meg. pag: 538.
30. Teſtamentum nélkűl meg-hólt paraſzt embernek java az főldes Urára mint ſzállyon. pag: 540.
31. Hogy az paraſztok magok képekben az Nemeſſekkel nem pőrelhetnek. pag: 543
32. Az nyilván való gonoſz tévőket miképen bűnteſſęk meg az Vármegye Iſpányi és az Nemeſſek kiknek privilegiomok vagyon rólla. pag: 544
33. Barmok által lőt karokat mint kellyen meg-venni. 545.
34. El orzot lóról, kit az ſeregben, avagy az ſeregen kűvűl meg-találnak. pag: 547.
35. Az pőreknek kérdőre való bocsátáſáról, és az tranſmiſſio levelekről. 549.

FINIS INDICIS.

M. T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

Hungarici Juris membra, in integri corporis forma:

Inferatur Fol: 1. Prol.

- *Justitia est constans & perpetua voluntas, quæ jus suum cuiq; tribuere jubet. Constat autem Jure: Officio Judicis, & Legis actione. Prol: tit: 1.*
  - *Jus est collectio legitimorum præceptorum, quæ nos arctant ad observandum bonum & æquum, quod est duplex: Prol: Tit: 2.*
    - *Publicum, quod publicam utilitatem spectat, ut: Prol. Tit: 2.*
      - *Religionem tuéri.*
      - *Leges condere.*
      - *Bellum indicere ac finire.*
      - *Præmia & pœnas irrogare.*
    - *Privatum, quod ad singulorum hominum utilitatem spectat, & est Triplex: Prol. tit. 2.*
      - *Naturale, ad quod natura omnia animalia docuit, ut: Prol: Tit: 2. & 3.*
        - *Justitiam tueri.*
        - *Pietatem in suos exercere.*
        - *Gratiam adversus merentes facere.*
        - *Ulcisci sceleratos.*
      - *Gentium, quod est aut: Prol: 2. & 3. tit.*
        - *Primævum, quo omnes naturaliter utuntur, nempe: prol: t. 2*
          - *Religione,*
          - *Consiliis,*
          - *Legis actionibus.*
          - *Magistratibus creandis.*
        - *Secundarium quo gentes ratione publici boni utuntur, utpote: Prol: tit. 2.*
          - *Emptionibus, Part: 1. tit. 27. part: 3. tit. 34.*
          - *Venditionibus, part: 1. tit. 59. & 60.*
          - *Acquisitionibus, part: 1. tit. 5. 21. 28.*
          - *Possessionibus, part: 1. tit. 24. 26. 72. 86.*
          - *Alienationibus, part: 1. tit 51. 59. 60. 61.*
      - *Prol: 2. & 3. tit.*
      - *Civile, quod quæq; Civitas sibi propter divinã, humanãq; causam constituit.*
  - *Officium Judicis est jus competens ipsi judici, ad ea quæ sibi, ut Judici faciendo incumbunt: versatur autem autin:*
    - *Legibus condendis & supplendis: acerbitate scilicet & lenitate temperanda.*
    - *Executione Judicij.*
      - *In eum qui sponte obsequitur.*
      - *In eum qui vi & sententiis cogitur.*
  - *Legis actio est aut:*
    - *Juridictalis, quæ est, aut:*
      - *Voluntaria, ut:*
        - *Adoptio, part: 1. tit. 8.*
        - *Divisio, p. 1. t. 45. 52. 53*
        - *Emancipatio, p. 1. t. 51.*
        - *Sententiæ volũtariæ, sive interlocutoriæ, p. 2. t. 26.*
      - *Contentiosa, quæ est aut:*
        - *Realis, quæ in rem aut rei causa infertur, & est aut:*
          - *Acquisitionis, per adoptionem bonorum:*
            - *Donatione,*
              - *Per Notam, Part: 1. tit. 13. 24. & passim.*
              - *Per defectum seminis, part: 1. tit. 26. 27. &c.*
            - *Condescensione à*
              - *Parentibus, Part, 1. tit. 49.*
              - *Consangvineis, part: 1. tit. 50.*
              - *Adoptantibus, part: 1. tit. 66.*
          - *Alienationis p amissionem rei Jurisve: quæ contingit ex*
            - *Fasionibus*
              - *Veris, cum depositum amittitur, aut pignus non restituitur, Part: 1. tit. 27. 28.*
              - *Falsis, cum ex obligationibus larvatarum personarum forte bona periclitatur. part: 2. tit. 16.*
              - *Furti, Part: 1. tit. 15. & part: 3. tit. 34.*
            - *Maleficio, quando sententia pronunciatur propter crimen:*
              - *Adulterij, Part: 3. tit. 32.*
              - *Occupationis, part: 1. tit. 68. & 85.*
              - *Verberationis, ac aliarum violentiarum, Part. 1. tit. 14. & part: 3. tit. 21.*
          - *Retentionis & recuperationis quæ fiunt per*
            - *Exceptiones & Replicationes, Part: 2. tit. 29. & 71.*
            - *Præscriptiones & prohibitiones, part: 1. tit. 16. & 78. Part: 2. tit. 20. & part. 3. tit. 15.*
            - *Novum Judicium & Repulsiones, Par: 2. tit. 74 77.*
        - *Personalis, ut sunt actiones de*
          - *Personæ nobilitate, vel rusticitate, Part: 1. tit. 7. & 113.*
          - *Uxore justa & contra, Part: 1. tit: 54.*
          - *Liberis legitimis & illegitimis, Part: 1. tit. 17. & 113.*
          - *Moribꝰ, Vita, Conditione, Ætate, Sexu, morbo, fama, infamia & similibꝰ.*
    - *Extra juridicialis, ut sunt formæ:*
      - *Cæremoniarum,*
      - *Dictæ seu Comitiorũ,*
      - *Octavarum & Judiciorum.*
      - *Dispositionis literarum causalium.*

Elől járó beszéd.

AZ TEKINTETES ES Nemes Magyar Országnak, három részre osztatot szokot Tőrvény könyvben,

Az elől járó beszédnek Summája.

AZ tekintetes és Nemes Magyar országnak tőrvényit és megrőgzőt szokáſit, hogy job értelemmel megh irhaſſam, Emlekezetre valo egy-nehány dologrol, mellyek az én moſtani iráſomat illetik, rővid beſzéddel akarok ſzóllani: Elsőben-is az Igaſságról. Másodſzor penig az tőrvényről és annak reſzeiről. Harmadſzor, az tőrvények Nemeiről, és hány-fęle legyen. Negyedſzer, az ſzokáſról, és annak módgyáról, avagy tulaydonságról. Ötödſzer, és utólſor, az jó Birónak állapattyáról és tiſztibē való hivatallyáról, és à tőrvényhez illędő dolgokról.

Leg első kérdéſem-is ez lévén, hogy ha az Biró az két pereſnek ſzavára és feleletekre, és az bizonyságokra tekintvén: Avagy penig lelki iſmereti ſzerint, az mint tudgya és érti az dolgot, tartozzék tőrvényt tenni? Melly dologról rővideden ſzólván, Iſtennek ſegitſęgéből, az derék dologhoz kezdek, és Magyar Országnak tulaydon tőrvényit, és megh rőgzőt ſzokáſit, mellyel közönſęg ellen, az tőrvényben

PROLOGUS

IN TRIPARTITUM opus Juris conſvetudinarii Regni Hungariæ.

Argumentum Prologi.

LEGES & conſvetudines approbatas inclyti Regni Hungariæ deſcripturus, quædam notabilia præſentem materiam concernentia compendiosè præmittere inſtitui. Primò quidem de Juſtitia. Secūdò verò de jure & diviſione juris. Tertiò autem de lege & ſpecieb⁹ legis. Quartò quidem de conſvetudine & conditionibus legis. Qvintò nempe & ultimo de conditionibus boni Judicis: & aliis rebus ad judicium ſpectantibus.

Appoſita quæſtione utrum Judex ſecundum allegata & probata, vel ſecundum conſcientiam, ut ipſe novit judicare teneatur? Quibus breviter præhabitis, DEI glorioſi adjutorio propoſitum aggrediar, atq; municipales leges, & approbatas conſvetudines ipſius Regni Hungariæ, quib⁹ cōmuniter in judiciis utimur

(pro ut memoria & ingenioli capacitate conprehendere potero) seriatim absolvam.

ben szoktunk élni (az mint rólla meg emlekezhettem, és elmémben szedegethettem) rend szerént meg irván el végezem.

DE IUSTITIA: Quid sit definitive, & de ejus divisione.

TITULUS I.

[a] Justitiæ prima definitio.

IVSTITIA a est constans, & b perpetua voluntas, jus suum, unicuiq; tribuens: & hoc c non quantum ad actum semper, sed quantum ad effectum.

AZ IGASSAGROL, hogy mi legyen nyilvánsággal, és az ő Agairól.

ELSŐ TITULUS.

AZ igasság azért az embernek tőkélletes és szűntelen való akarattya, mely szerént mindennek az ő igaz saiattyát meg adgya: és nem csak tehetsége szerént hanem igaz indulatból arra menvén.

Author tractaturus iura præmittit definitionem iustitiæ, sumptam ex institutionibus Iustiniani Imperatoris, à quâ scilicet tanquam matre sua nomen iuris descendit.

b Perpetua voluntas) Synechdochicè dicitur pro habitu animi constante in voluntate. Cum duplex sit habitus animi: Intellectus & voluntatis. Est igitur voluntas in hac definitione posita pro génere, quæ est subiectum virtutum, & pro ipsa virtute ponitur. Iustitia enim est virtus: Virtus autem est habitus voluntatis, ut in sequentibus definitionum formulis clarius expressum habetur.

c Non quantum ad actum) Nam etiamsi non semper quis in actum virtutis prorumpere potest, si tamen propositum sit firmum, in animo iuste agendi ab eo iustus quis dici merito poterit.

[d] Justitiæ secunda definitio.

Iustitia item est animi dispositio, & mentis affectus qua quis d dicitur justus: dum videlicet quis sine personarũ acceptione & distinctione velit, cuilibet quantum in se est, jus suum tribuere.

Az igasság még-is, ember szivének jóra való haylása. és el-meijének indulattya, mely miat mondatik igaznak: ugy mint mikor valami személy válogatás-nélkül, és külömbőztetésnélkül mindennek, az ő tehetsége szerént meg adgya, meg-itili az ő saiát igazát.

Sőt

d Is

d Is dicitur justus, qui jura servat, juxta hæc naturalia præcepta. Esto vir Justus cunctis reddendo suum jus. Redde creatori jus, majoriq; minori, Serva dulcorem, juris moderando rigorem. Unde judex non est modo justus sit.

Sőt az igasságh az emberben olly gyakorlot joság, melyhez képeſt, mindennek megh adgya az ő méltoságát: Az Istennek kereſztyéni tiſzteſſęget, ſzűleihez engedelmeſſęget, nálánál nagyobnak bőcsűletet, haſonlokhoz békeſſęges egyeneſſęget, nállánál kiſſebhez fenyvétéket, ő magát penigh tiſzta éleiben tartya, és az ſzegényeken, nyomorultakon, vóltaképpen kőnyőrűly, és ſegiti.

Avagy meg is az igasság gyakorláſbol valo ſzűbéli jóság (az kőzőnſęges jó megh tartatván) mely mindennek méltóságát meg adgya. Es ezképpen az igasságh ember elméjienek és akarattyának olly eggyező állapattya, hogy minden dolgokban, igaz itiletet téſzen.

Item c *Justitia eſt habitus bonus, tribuens cuiq; ſuam dignitatem: DEO religionem, parentibus obedientiam, majoribus reverentiam, paribus concordiam, minoribus diſciplinam, ſibi ipſi caſtimoniam, & pauperibus ac miſeris compaſſionem operoſam.*

c Justitiæ tertia definitio.

Item aliter, f *Justitia eſt* g *habitus animi, (communi utilitate ſervata) ſuam unicuiq; tribuens dignitatem. Et ſic eſt congrua diſpoſitio animi, ſingulis in rebus rectè dijudicans cauſas.*

f Justitiæ quarta definitio.

g Habitus est perfectior animi vel corporis absolutio. Fit autem habit° per frequentiam actuũ, sive bonorum sive malorũ. Nam & Nero per act° crudeles frequenter patratos habitum acquisivit crudelitatis, & Milo habitum acquisivit fortitudinis.

Mert Sz. Gergely Doctor-is azt mondgya, hoy az emberi társaság kőzőt nem lehet nagyob joság, mint az igasságnak kővetéſe, és hogy mindẽt az ő igasságában meg tartſunk. Mert ahól az igasság vagyon, minden egyéb jóságos cselekedet-is ott találtatik meg. Mivel-hogy (az mint Sz. Hieronymus

Beato enim Gregorio teſte, in rebus humanis ſummum bonum eſt, juſtitiam colere, & unicuiq; jura ſua ſervare. Nam ubi eſt juſtitia, ibi eſt omnium reliquarum virtutum concordia. Omnes enim virtutum ſpecies (ut in-

quit Hieronymus) uno juſtitiæ nomine continentur: cui aſtipulatur verſiculus ille Heſiodi.

Juſtitia in ſe ſe virtutes continet omnes.

Juſtitiæ laus.

Quæ præclariſſima virtutum, eo ſplendore mortalium oculos perſtringit, ut affirmet Ariſtoteles, neq; heſperum, neq; luciferum tantopere rutilare.

Juſtitia duplex.

Duplex eſt autem Juſtitia, ſcilicet naturalis & legalis. h *Naturalis eſt conſtans & perpetua voluntas, jus ſuum (ut prænotatum eſt) unicuiq; tribuens: & ſine illa nullus poteſt Regnum DEI poſſidere. Legalis verò dicitur lex, quæ ſæpè mutatur, ſine qua nec gentes, nec regna, diu poterunt permanere.*

h Inter prætibus juris imperialis non videtur, iſtã definitioné agere de juſtitia divina quod hic noſter autor inſerit, ſed de externa, & quędam civili, & politica juſtitia, quæ tãtũ pertinet ad formandos in hac vita politicos mores, & exigit quandam exteriorem honeſtatem

Unde i *& Juſtum aliquid dupliciter intelligitur fieri: Uno modo ex ipſa natura rei, quod dicitur jus naturale. Alio modo ex quodam ſtatuto inter homines, quod dicitur jus poſitivum.*

i Jus

nym⁹ Doctoris mõdgya) az egy igaſság nevezeti alat, minden egyéb fele jósãgos cselekedetet-is kel érteni· A mint hogy Heſiodus Poëta verſe-is tarttya:

Hogy az igaſság minden egyéb jóságos cselekedetet-is be-foglallya magában.

Holot az emberek ſzemei elõtt az Igaſság az tõb jók kõzõt, ugy annyira tekintetes és tũndõklõ jóságh, hogy Ariſtoteles-is azt meri felõle mondani, hogy ſem az õſt, ſem az Haynali csillagh nem lehet nálánál fęnyesb és tũndõklõb.

Két fęle penig az Igaſság, eggyik terméſzet, az máſik tõrvény ſzerint valo. Az terméſzet ſzerint valo igaſság (az mint megh mondám) tõkelletes és ſzũntelẽ való akarattya az embernek. melyhez képeſt mindennek az õ igazát meg adgya: Es ennélkũl ſenki az Istennek Orſzágát nem birhattya. Az tõrvény ſzerint való Igaſság penig mondatik oly tõrvénynek, mely gyakorta megh változik, mindazáltal annélkũl akar mely nemzet-is avagy Orſzág ſokáig meg nem álhat.

Innét vagyon hogy némely dólgot, két-képpen mondunk igaznak: Egy-képpen, az dolognak terméſzeti ſzerint, mellyet terméſzet ſzerint való igaznak mondunk. Más képpen emberek kõzõt való végezés ſzerint, mely végezéſt irot, és kiadot tõrvénynek mondunk.

AZ

i Jus positivum dicitur quod neq; in totũ à jure naturali & gentium recedit, neq; etiam per omnia ei servit: sed interdum aliquid addit, interdum verò detrahit. Dicitur positivum quia non cœpit cum ipsa rerum origine, sed à legisperitis postea proditum est: ut jure gentium fontes puniendi sunt, sed jure positivo, fur laqueo, latro autem palo, rota vel gladio punitur.

AZ IGAZ MI LEGYEN, és annak ágairól.

II. TITULUS,

FZ az szó Igaz, melly az igasságból származik, à mennyiben irásunkat illeti, annyit tészen mint, igaz és méltó dolog. Ez irásunkban penig értyük ezen, az mi megrõgzõt szokásinkat, mellyek vagy meg vadnak irva, avagy irásban még nincsenek.

DE JURE ET DIvisione Juris.

II. TITULUS.

IUs autem quantũ ad nostrũ propositum spectat, tantum valet sicuti rectũ vel justum, quod à justitia derivatur. Et in proposito accipitur pro nostris consvetudinibus, sive a *scriptis sive* b *non scriptis.*

a Jus scriptum dicitur quod continetur in corpore juris, sive in decretis & constitutionibus principum eo quod juxta præscriptum decet populum gubernare, & gubernantibus obedire.

b Consvetudo dicitur jus non scriptum, quod usu populi initiatum & continuatum est, vim legis habens. Prol. Tit: 10.

Honnét ez kövétkezik, hogy ez az szó Igaz, közönséges szó, és sokat foglal bé magában: De az tõrvény az igaznak eggyik ága és része. Mert minden, az mi igaz: tõrvénybõl és jó erkölcsbõl vagyon, az az, irot tõrvénybõl, avagy ollyanból, az melly mégh irásban nem költ. Mellyet Cicero-is ugy értet: Hogy az igaz tõrvény, az jónak és méltó dolognak tudománya és mestersége, kihez képest à sz. tõrvényeket, és mindeneknek az õ igazokat ki szolgáltatunk, melyért az tõrvénynek ki szólgáltatóinak módatúk.

Unde jus nomen generale est, & lex species juris est. Omne enim jus legibus & moribus, hoc est, jure scripto & non scripto constat. Quod per c *Tullium sic definitur: Est ars sive scientia boni & aqui, secundum quam nos* d *sacerdotes, id est, sacras leges & cuilibet jura sua ministrantes appellantur.*

c Juris definitio secundũ Tulliũ.

d Sacerdotes juris qui dicantur.

e Iuris alitera definitio.

Aliter autem jus dicitur e *collectio legitimorum præceptorũ, quæ nos* f *arctant ad observandum bonum & æquũ: hoc est, utilitatẽ, & æquitatem sive veritatem, justitiam designantem.*

Másképpen mondatik, az igaz, az irot, és ki adot tőrvény, ki minket kőtelez, az jó és méltó dolognak megh tartására: az az, az nyilván való igasságnak haſznára, méltoságára, igaz vóltára, és annak vőveteſére.

f Arctant, id est, ligant, constringunt, & intra limites officii continent, hoc est, intellectum dant istarum notitiarum æqui & boni. Et docet quid justum, quid æquum, quid iniquum sit.

Ius duplex.

Ius itaq; duplex est: quoddam enim est publicum, quoddam verò privatum. g *Publicum est, quod principaliter ad imperiũ & regimen regnorũ, publicamq; utilitatem spectat, & in sacris, ac in sacerdotibus, & in magistratibus consistit: Vnde qui lædit* h *sacerdotes, vel res sacras, vel magistratus, hoc est, rectores populi, ab omnibus tanquam pro crimine publico accusari poterit. Privatum verò est jus speciale, quod ad singulorum hominum utilitatem pertinet: & illud* i *triplex est, scilicet, jus Naturale, jus Gentium, & jus Civile.*

g I. publicũ & quod in publicis personis cõsistit, & ad statũ Reip. pertinet, id est, in quo agitur de authoritate Principis de religione de magistratib: dé jure belli defœder: h Magistratus lædens & Sacerdotes, abomnibus accusari poteſt.

Eſſęle tőrvény Igasſága ez okért két fęle: Mert némely az kőzőnſęges állapatot illeti: nemelly penig csak tulaydon magok ſzemélyét. Az kőzőnſęges állapatbeli Igaz, főképpen illeti az birodalmat és az Orſzágoknak birását és az kőzőnſęges haſznot: mely áll Papi rendeknek, és Biráknak, tiſzt viſeléſekből. Honnét ez kővetkezik, hogy az ki az Papokat avagy Megyeieket meg háborgattya, Avagy az kőſſęgnek gondviſelőit Birákat, mindenektől, ugy mint, kőzőnſęges vétekért, vádolthathatik. Az maga Igasſága penig, ſzemélye ſzerént való igasſág, mely kinek kinek haſznát illeti. Es ez három-fęle, tudnia illik, az terméſzetnek tőrvénye, némű némű nemzetnek tőrvénye, és az polgari tőrvény.

i Tripartitam distributionem privati iuris imperator Iustinianus lib: 1. Tit: 1. Gratianus autem Distin: 1. sanciunt, quos Author in hac distributione & plerisq; aliis imitatur, Alias lex dicitur divina, Humana & Naturalis.

Az természetnek tőrvénye minden-fęle nemzetſęgekkel penig kőz, mivel hogy az természetnek folyásából, és nem valami ſzerzésből ſzármazik: melyre az természet tanit és tanitot minden-fęle állatoka: Sőt ez nem csak az emberi nemzet kőzőt vagyon, hanem minden-fęle egyéb oktalan állatok kőzőt-is. Innét vagyon az himnek és az nőſténnek felekezéſe: Magzatoknak nemzéſe, és fel neveléſe: mindeneknek egyenlő ſzabadsága, és az ollyanoknak meg nyeréſęre, mellyeket az éghben, főldőn, és az tengerben fognak. Ennek felette az le tőt marhának, avagy kőlcsőn adot pénznek meg teritéſe, és meg adáſa.

Jus igitur Naturale eſt commune omnium nationum, eo quod ubiq; inſtinctu naturæ & non conſtitutione aliqua habetur: quod natura omnia k *animalis docet & docuit. Et hoc non ſolum eſt humani generis proprium, ſed etiam omnium animalium. Inde deſcendit matris & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio & educatio, omnium una libertas, ac acquiſitio eorum, quæ cœlo terra marique capiuntur. Item* l *depoſitæ rei vel commodatæ pecuniæ reſtitutio.*

k Animalium ſcilicet quod libet in ſuo genere. & ſuò quo quomodo, quo conditum eſt à Deo.

l Depoſitæ res) Solent res metu incendij, ruinæ vel tumultus aliorumq; reſpectuum cauſa, apud amicos deponi, pro cujus intellectu ſciendum Depoſitum eſſe triplex. *Prima* ſpecies dicitur oblatio realis debiti vel pignoris. Quod ſi creditor recipere noluerit pignus, apud judicem poteſt deponi, & ſic Depoſitarius liberatur à caſibus fortuitis & periculo. *Secunda* ſpecies dicitur Sequeſtrum, eo quod utraq; pars fidem ſequeſtri ſequatur. Quod nonnunquam ex voluntate partium fit ſæpius tamen ſequeſtratio fit à Principe parte altera in vita. Par: 1. Tit: 29. *Tertia* ſpecies eſt depoſitum voluntarium & ſimplex, quando quis pénes amicum rem aliquam tantum cuſtodire cauſa deponit, per verbum depono ut ſerves, vel cuſtodias hanc rem. Vnde ſciendum quod ſi mercator deponat arcam in Camera alterius mercatoris ſciente & paciente, non eſt depoſitum, nec tenetur de amiſſione ſi pereat, neq; de mendacio, quia non promiſit cuſtodire.

Felebarátunkon eſet erőſzaknak, erőſzakkal való el teritéſe. Mert ezt, ha vagy valami ehez haſonló, ſoha hamiſnak

Violentiæ proximi per m *vim repulſio. Nam hoc, aut ſi quid huic ſimile eſt, nunquã inju-*

injuſtum, ſed naturale æquumque habetur.

miſnak, hanem terméſzet ſzerént való dolognak és méltó ſ-igaznak tarttyák lennie.

m Omnes leges omniaq; iura permittunt, vim vi repellere, ideo quòd lege permittente fit, pœnam non meretur. Ac hominem quoq; hoc caſu occidere licet, ſi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ut dicitur Par: 3. Tit: 22. Non enim quis pati debet ut damnificetur in aliquo, ſi damnum eſt irrecuperabile.

Item, Alio modo jus naturale intelligitur, quod in lege Moſaica & Evangelio continetur, quo quis jubetur alteri facere, quod ſibi vult fieri: & prohibetur n *alteri inferre, quod ſibi fieri nolit, unde verſus:*

Quod tibi vis fieri mihi fac, quod non tibi, noli.
Sic potes in terris vivere jure poli.

Avagy másképpen, az terméſzetnek tőrvényẽ értyűk, azt az tőrvényt, mely Moſeſnél és az Evangéliumban vagyon, mely azt hadgya, hogy ugy cselekedgyűnk máſſal, az mint akarjuk hogy magűkal cselekedgyék más. Meg-is tiltya, hogy máſſon ollyat ne cselekedgyűnk, az mit velűnk cselekettetni nem akarunk. Mely felől illyen vers is vagyon:

Az mennyi jót akarſz magadnak, máſnak is akarj annyit.
Es az mit nem kívánſz magadnak, máſſal ſe cselekedgy azt.
Igy ez földön ſok jót elhetz Iſteni igaſsággal.

n Si dicatur quod iudex vult inferre morté, ſed tamen non vult, ut ſibi mors inferatur: Reſpondẽdű, quod judex non infligit mortem ſed lex.

Jus itaq; naturale dupliciter poteſt conſiderari: Vno modo in quantum conſideratur homo, pro ut habet in ſe naturam rationalem, in qua participat cum divinis: & ſic jus naturale quod cadit in hominem dicitur jus divinum. Alio modo jus naturale conſideratur in homine, quántum ad naturam ſenſualitatis, in qua par-

Az terméſzet tőrvényét azért kétképpen érthettyűk: Elsőben az emberekre való képeſt, mivel hogy okos terméſzet vagyon bennek, és az Iſteni dolgokat meg-értik: és igy az terméſzetnek tőrvénye az emberekben, Iſtennek tőrvényének módatik. Másképpen értetik, az terméſzet tőrvényen ez, hogy az ember élő állat, és érzékenyſége vagyon, ſzintén mint egyéb állatnak ugy mint érez, mozog, és

és indúl: mely érzékenyſége mondatik az emberben terméſzetnek, tulaydona és tőrvénye,

Az némű-némű nemzetnek tőrvénye-is kétfęle: tudnia illik, első és az máſodik: Az első nemzetnek tőrvénye ez mellyet minden nemzetek eleitől fogva tartottak az terméſzetnek okoſságából viſeltetvén, és nem valami egyéb nemzetnek ſzerzéſęből arra vitetvén: ugy-mint ſenkit nem bántani,&c. Es ez az terméſzetnek tőrvényétől ſemmiben nem kűlőmbőz, hanē csak kűlőmb tekintetből.

Mert az terméſzetnek tőrvénye, és nemzeteknek tőrvénye, egy értelmen vagyon, de kűlőmb tekintetért. Mert az terméſzet ſzerént való tőrvény, az mennyiben az terméſzetnek folyásából ſzármazot és tartatot. Az nemzeteknek tőrvénye az, az mennyire némű-némű nēzetek, ez világnak kezdetitől fogván, minden némű emberi ſzerzéſen kivűl, éltenek valami affęle rēd tartáſſal. Es ez tőrvény ſzerént az ſzolgaságnak (avagy jobbágyságnak) állapattya jól vólna: mert terméſzet ſzerént minden ember ſzabadságra ſzűlettetet.

Az máſodik néműnémű nemzetnek

participat cũ cæteris animalibus, ut ſenſu, motu & inſtinctu. Et hoc modo jus cadens in hominem, dicitur eſſe jus naturale.

Jus gentium duplex eſt: ſcilicet, primævum & ſecundarium. Jus gentium o *primævum eſt, quo omnes gentes, ab initio uſæ ſunt, naturali ratione inductum abſq; aliqua conſtitutione gentium: ut neminem lædere, &c. Et hoc à jure naturali, nihil diſcrepat, niſi ratione diverſorum reſpectuum.*

Nam jus naturale & gentium, pariter dicitur, ſed diverſo reſpectu: Naturale ſcilicet in quantum ratione naturali eſt inductum: Gentium verò in quãtum gentes à principio orbis ſine ulla conſtitutione alia, eo uſæ ſunt. Et hoc jure ſtatus ſervi eſt integer: quia naturali ratione omnes liberi naſcebantur.

a Jus gentium, ſecundarium quod communi omnium gentium uſu, & neceſſitatibus ita exigentibus eſt conſtitutum, ut ſacra tueri le-

a *Jus gentium ſecundariũ*

B *eſt,*

o J⁹ gentium primævũ propriè eſt j⁹ naturale j⁹ rationis, q⁹ humanæ naturæ prius eſt. Illæ ſcil: notitiæ divinit⁹ humanis mẽtib⁹ inſitæ dicuntur, quib⁹ naturalis ratio judicat quid deceat ut religio in Deũ pietas erga parentes, & patriam, juſtitia in omnes ultio in ſceleratos.

ges jubere vel ſancire

magiſtrat⁹ creare, cõſilium de Repub: capere, bellũ indicere ac finire, legis actiones exequi prȩmia & pœnas irrogare.

eſt, jus à gentibus non ratione naturali, ſed ratione publici boni, & ad communem uſum introductũ: Et hoc ſæpe numero diſcrepat â jure naturali. Quia jure naturali, omnia erant communia, omnes erant liberi, de jure verò gentium facta eſt diviſio dominiorum, & rerum inventa eſt ſeparatio: intro ducta ſunt bella, captivitates, b ſervitutes, & alia hujusmodi, quæ c juri naturali ſunt contraria.

nek tőrvénye ez, mellyet az nemzet nem természet ſzerént való okokból, hanem maga jóvaért, és az kőzőnſȩges haſzon-ért rendelt: Ez penig gyakorta kűlőmbőz, az terméſzet tőrvényétől. Mert az terméſzet tőrvénye ſzerént, minden kőz vala: mindenek magokkal ſzabad emberek ſzűlettettek vala: de az kűlőmb-kűlőmb fȩle nemzettől találtatot, az Uri rendnek, birodalomnak, és kűlőnőzéſnek, állapattya: hadakat inditottak, fogságokat, ſzolgaságokat, rabságokat, és egyéb effélékhez haſonló nyavalyákat, egy más ellen: mellyek az terméſzet tőrvényének mind ellene vóltak.

b Servitutes, jure gentium inductæ videntur, quia jus gentilitatis eam approbavit, non eam primò invenerit.

c Juri naturali contraria, Per contrarietatem jus naturale non imitatur, propter regulam inferiorem legem negligendam eſſe: ut ſuperior impleatur,

d Contract⁹ gentiũ inducti Omnib⁹ populis com

Et hoc etiam gentium jure omnes penè d contractus inducti ſunt: emptio, venditio, conductio, & his ſimilia.

Sőt ezen kűlőmbőző nemzetnek tőrvénye által, találtatot az egymáſſal való végezés és ſzővetſȩg is: ugymint vévés, eladás, meg fogadás, ſzőrződés és ezekhez haſonló dolgok.

munes ſunt emptiones, venditiones, & aliæ obligationes jure gentium introductæ.

e J⁹ Civile eſt, quod neq; in totum à jure naturali, vel gentiũ redit, neq; per omnia ei

Jus autem Civile eſt, e quod quisq; populus, vel quæq; Civitas ſibi propter divinam, humanamq; cauſam conſtituit. Et vocatur jus civile, quaſi proprium jus Civitatis: quod tripliciter poteſt atten-

Az polgari tőrvény penig ez, mellyet akarmely kőſſȩg, avagy akarmely Város magának, Iſtennek tiſztelȩſſégéra, és az embereknek jóvára ſzerez. Ez penig mondatik Polgári tőrvénynek, ugymint, tulaydon csak az Város tőrvényének: Mely felől három-képpen-is

pen-is elmélkedhetünk. Elöször közönséges-képpen, melly ez, mellyel minden Város közönséges-képpē él. Másodszor, tulaydonképpen, melly ez hogy minden köſſég, avagy Város magának, Istennek tiszteſſégének és magának megh maradásának okáért önnön közöt végez.

attendi. Primò generaliter, & eſt quod in unaquaq; Civitate generaliter obſervatur. Secundò ſpecialiter, & eſt quod quisque populus, vel quæque Civitas ſibi proprium divina humanaque cauſa conſtituit.

ei ſubſervit, ſed interdum ei aliquid detrahit, interdū verò addit. Et ſicut jus gentiū ab

omnib⁹ gentib. dicitur, quod omnes gentes eo utuntur, ita j⁹ civile à Civibus ſeu certo populo nomen traxit. & non apud omnes gentes, ſed incerto populo ſeu Civitate ſervatur: Intenditq; tantum ſervare Civilem ſpecietatem, non curans de utilitate animæ.

Harmadszor, méltoságra való képest, tudnia illik, az Romai törvénynek méltoságára mutatván, mellyet más névei az Császari avagy Romai birodalomnak-is mondanak. Miért hogy nevezet képpen, ki nem nevezik az méltoságért, hogy az birodalomban mellyik Város törvénye légyen, hanem méltoságosson az Romai törvényére mutatnak ollyankort. Az mint az Görögök nek, ha csak röviden az vers szerzök emlitik, Homerust jedzik: az Deákoknál penig Vergiliust Az sz. Irásban, az Apostolon, avagy Istennek edénnyén, egyéb nevét hozzá nem tévén, Szent Pált értyük.

Tertiò, Excellenter, ad excellentiam, videlicet, juris Romanorum, quod etiam jus Imperiale nominatur. Dum enim non exprimitur, nomine hujus, vel illius Civitatis, per f excellentiam, tantum jus Romanorum ſignificatur. Sicuti per Poëtam apud Græcos Homerus, apud Latinos Vergilius ſubauditur. Et per Apoſtolum in ſacro eloquio, alterius nomine non expreſſo, S. Paulus intelligitur.

f Excellētia juris Civilis Mentione juris excellenter apud nos Decreta intelligūtur.

MICSODA KÜLÖMBség legyen, az Természet törvénye, Nēzetek törvénye, és az Polgári törvény közöt.

III.

QUOMODO differunt jus Naturale, jus Gentium, & jus Civile.

TITULUS. III.

SCIENdum itaque quod jus Naturale differt ab alijs juribus tribus modis. Primò origine, nam incepit ab exordio naturalis creaturæ. Secundò dignitate, quia jus naturale apud omnes gentes æqualiter servatur, à solo Deo institutum, firmum & impermutabile manens. Alia verò jura, quæ populus vel Civitas sibi constituit, sæpè mutantur, vel contraria consvetudine, vel alia meliori lege, in contrarium postea lata & introducta. Tertio amplitudine, quia jure naturali omnia communia sunt: sed jure gentium vel civili, hoc meum, illud tuum est.

Cæterum omnes populi, qui legibus, aut moribus utuntur, & reguntur partim suo proprio, partim verò communi omnium hominum jure utuntur. Hi enim qui suo tantummodò jure, & non communi gaudent, aliquod jus sibi propriũ instituũt, & jus civile nominãt: quod verò apud õnes gẽtes communiter observatur, jus gentiũ appellatur.

III. TITULUS.

ERcsůk meg azért, hogy az természet tőrvénye kűlőmbőz az tőb tőrvényektől háromképpen. Elsőben, eredeti szerént, mert az teremtéstől fogván kezdetet. Másodszor, méltosággal, mert az természet tőrvényét minden nemzetsęg egy aránt tartya, ugy mint Istentől szereztetet, álhatatos és változhatatlan tőrvény. De az egyéb fęle tőrvény, mellyet valamely kőssęg avagy Város, magának szerzet, gy akrán el változik, avagy ellenkező szokás miat, avagy más job tőrvény miat, kit az után ellene szereznek. Harmadszor, nagy voltával, mert az természet tőrvénye szerént, mindenek kőzőnsęgesek vólnának, de az nemzetsęgek és Polgári tőrvény szerént, ez enyém, imez tieddé lőtt.

Továbbá minden kőssęg, ki tőrvényhez, avagy jó szokáshoz tarttya magát, és ezeknek enged, rész szerént tulaydõ tőrvényel, rész szerént penig mindẽ embereknek kőzőnsęges tőrvéñyel él. Mert az kik csak ő magok tőrvényével, és nẽ kőz tőrvéñyel élnek, és magoknak saját tőrvényt szabnak, effęlek tőrvéñye: Polgári tőrvénnek hivattatik. Az mely tőrvéñel penigmĩdẽ nẽzetek kőzőnsęgessẽ élnek nẽzetsęgek tőrvényének neveztetik.

AZ VITEZLŐ IGASságról, és az tőrvény tudáſról.

IV. TITULUS.

AZ Vitézlő igaſság, ál az hadakozáſnak inditásában, frigynek veteſében, és az jolhőz tartván magát, az ellenſéggel való ſzemben menésben.

Továbba az vitézek fenyitékkeál, az meg büntetésben, ha ki helyt nem állana.

DE JURE MILItari, & Juriſprudentia.

TITULUS IV.

IVS a militare eſt belli inferendi ſolennitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato congreſſio in hoſtem.

Item, Flagitij b militaris diſciplina: hoc eſt, c caſtigatio, ſi locus deſeratur.

a Tit. 4 initium ex Diſt: 1. Grat. de promptũ tantum de militibus armatæ militi eloquitur, ſive ſint equites ſive pedites.

b Diſciplina militaris. Duo præcipua ſunt neceſſaria ad militis officium & perſonam. Primò, ut numerum reliquorum militum referatur & ſtipendiarijs adſcribatur, ne ſub nomine militari prædo eſſe deprehendatur. Secundò, ut ſacramentum præſtet, quod mortem non vellet evitare, pro defenſione Principis legitimi & Reipub. ac à ſignis ſive vexillis nollet recedere.

c Manlius Torquatus Coſ. filium, quod provocatus à Geminio Duce Tuſculanorum ad dimicandum, inſcio patre deſcenderat, glorioſam victoriam, & ſpecioſa ſpolia referentem, abripi a Lictore. & in modum hoſtiæ mactari juſſit. Poſthumius Dictator Generum ſuum præſidio progreſſum, victorem, quia hoſtes fuderat, ſecuri feriri juſſit. Q. Fulvius fratrem cohortem Legionis Senatu amovit, quod in juſſu Conſulis domum redierat. Graviter Senatus tulit, quod Q. Petilium Coſ fortiſſimè advers⁹ Ligures pugnãtem occidere milites paſſi eſſent. Legioni neq; ſtipendium ãni procedere, neq; ara dari voluerit. Milites noſtræ patriæ jure communi regni uti debent, quando non ſunt in caſtris ſeu expeditione. Nam tunc milites externi coram Capitaneis debent conveniri. Indigine verò ratione violentiarum vel corã Capitaneis, vel poſt cõdeſcenſionẽ exercit⁹ corã judicib⁹ ordinariis. In teſtamentaria autem diſpoſitione excedunt alios Nobiles. quia teſtamentum ej⁹ in militia ſive ſoleñitate factum valet, ac ratione ſimplicitatis & ignorantia juris in caſtris, omnes ſolennitates relaxantur militi, dummodo conſtet de ej⁹ voluntate.

Ennek felette ide való az hó pénznek-is ki ſzolgáltatáſa, tiſztteſſégre jvaló vitel, tiſztteſſéges ajandékozás: ugymint

Item, Stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor: Veluti

dum Corona, vel d *torque donantur.*

mint mikor Coronás Cimert, avagy arany lánczot, valamelv vitéz embernek ajandékon adnak.

d Torquis donatio. Milites dicuntur, etiam Equites Aurati, qui etiamsi nunquam militaverint, tamen si Corona vel torque distinguantur, & donentur per hoc præmium egregiè navatæ operæ consequuntur.

Item, Prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus justa divisio, ac principis e *portio.*

Továbba az nyereſſęgnek el rendeléſe, és kinek kinek ſzemélye, és vitézſęge ſzerént való el oſztáſa, és abból az Fejedelẽ réſzének ki ſzolgáltatását.

e Portio Principis quæ dicatur. Cum res captæ in bello fiant capientium, limitatio fit inter res mobiles & immobiles. Nam immobiles jure naturali, vel gentium sunt Principis, qui bellum indixit. Mobiles autem res magna ex parte sunt capientium. Personæ quoq; hostium, in servitutem capientium deducuntur.

f Jurisprudétia quid? Dicitur divinarũ rerum notitia, nõ quaten⁹ Evangeliũ notitiam divinã tribuit, sed quia notitia illa nobiscum natæ verè sunt res divinæ. Item, quia de re b⁹ sacris, religiosis & sanctis quo ad externã disciplinã tradat, quæ res dicũtur esse juris divini.

Jurisprudentia verò est f *divinarum humanarumq; rerum notitia, justi atq; injusti sciẽtia: justi scilicet ad faciendum, injusti autem ad evitandum. Quia non sufficit scire quod sit justum vel injustum, nisi & ipsarum rerum contrariarum, vel corporaliũ, habeat quis notitiam, secundũ quam juxta varias cõditiones rerũ emergentium, varia etiã jura sunt statuẽda.*

Az tõrvény tudás penig Iſteni és ẽberi dolgoknak értelme, az Igaznak és Hamiſnak tudáſa: Igaznak hogy azt cselekedgyék, Hamiſnak penig hogy azt távoztaſſak. Mert nem elég csak azt tudni mi légyen az igaz, avagy az hamis, hanem eggyik dolog az máſikkal vóltaképpen, és valóban mind ellenkõzzek, meg kel érteni, mely ellenkõzzéshez való képeſt, az mint az dolognak módgya mutattya, az ſzerént kel arról kũlõmb kũlõmb-fęle tõrvényt ſzabni.

DIFFERENTIA eſt inter juſtitiam, j⁹ & juriſprudentiam.

TI- V.

KũLõMBSEG VAgyon az Igaſság, az Igaz és az Tõrvény tudás kõzõtt.

V TI-

V. TITULUS.

Kűlőmség vagyon penig az igasság, az Igaz és az tőrvény tudás közőt. Mert az igasság embereknek erkőlcsében való jóságos cselekedet. Az Igaz penig az Igasságnak véghez való vitele. Az Tőrvény tudás, az meg mondot igasságnak és az Igaznak értelme és tudása.

Továbba az Igasság az jóságos cselekedetek közőt, leg főb és elsőb. Az Igaz második grádicsban vagyon. Az tőrvény tudás harmadbã és utólsóbã.

Ennek felette az Igasság mindeñek az övét meg adgya. Az igaz penig segiti az Igasságot. Az tőrvény tudás penig megh tanit reá mint meheſſen mind az kettő véghez.

TITULUS V.

DIFFErunt autem inter ſe juſtitia, jus & juriſprudentia. Nam juſtitia eſt Virtus ſcilicet moralis. Ius eſt ejus virtutis exequutivum. Juriſprudentia eſt ſcientia illius juris.

Item, Juſtitia eſt inter virtutes ſummam bonum. Jus medium. Iuriſprudentia infimum.

Item, Juſtitia tribuit unicuique quod ſuum eſt. Jus verò coadjuvat. Juriſprudentia autem docet qualiter id fiat.

MI LEGYEN AZ Tőrvény, és az tőrvény tulaydonságiról.

VI. TITULUS,

Per sententiam verò capitalem, proprietas & hæreditas bonorum ac jurium possessionariorum non amittitur, sed si sententia condemnatus quispiam extremo supplicio punietur, tunc universa a bona, & jura sua possessionaria, in filios (si habuerit) vel fratres suos propinquiores, aut alios legitimos successores simpliciter devolvuntur. Si autem gratiam Regiam meruerit, & executio sententiæ nihilominus per adversam partem peracta fuerit: tunc eadem jura possessionaria filij, vel fratres, aut alij legitimi successores, æstimatione (ut præfertur) communi, in termino, per judicem ad id præfigendo, ad se redimendi habent authoritatem.

Per sententiam capitalé amittitur caput. Bona non amittuntur.

a Demptis quæ secum habet. Part. 2. Tit. 55.

II. Differentia.

Alia insuper differentia inter notam & sententiam est, quoniam condemnatus homo, cum adversa parte, etiam post latam & pronunciatam sententiam (ante tamen ejusdem sententiæ executionem) si concordaverit, aut concordare poterit: tunc illi neq; gratia Regia est necessaria, neq; judex se in dominium bonorum ac jurium possessionariorum ipsius sententiati hominis ingerere poterit.

Concordare cum adversario licet. Part. 2. Tit: 57.

Vagyon ez-felet más kűlőmbsęg-is ez két-fęle sententia kőzőt, mert à főben járó dologban, az meg-sententiázot fęl az ő perősęvel sententia ki mondása után-is meg békélhetik, (de azt éresed affęle sententiáknak véghez vitele előt) és ha igy meg békélhetik peresęvel, az Király kegyelme nélkűl-is ment ember lehet, és az Biró sem nyúlhat jovaiban és jószágában.

Part: 1. Tit. 14.

Notam tamen infidelitatis si quis incurrerit, si etiam cum eo, quem in casibus prænarratis læsit, plenè concordaverit, ab impetitione tamen illius, cui Regia Majestas bona, & jura possessionaria, per aliquam notam contulit, se præcavere non poterit. Ex jurisditione etenim sacræ coronæ regni hujus, contra cujus ut puta dignitatem authoritatemq; infidelis ipse deliquit, & ex consequenti collatione Regiæ majestatis, impetrator ejuscemodi bonorum & jurium possessionariorum, liberam agendi procedendiq; & ea bona, juris ordine observato, pro se vendicandi & appropriandi plenariam habet potestatis facultatem.

Hitetlensęgnek notájában penig az ki esendik, bátor ha azzal meg bé-kéllendik-is, az ki ellen vétet vólna, az fellyűl meg mondot dolgokban-is, mind-az-által magát attól meg nem óhattya, kinek az Király jószágát el-adta, hogy az ne háborgatná. Mert ez Ország tőrvényének erőssęge és Király ő Főlsęge méltósága, ki ellen az hitetlen ember vétet, az Király adománya szabadságot ád annak, az ki effęle hitetlennek jószágát el-kérendi, hogy véle pőrelhessen, és jószágát tőrvény szerént el-vévén, sajàttyáva tehesse.

KIK LEGYENEK ES kit mondgyunk ő̃rökkő̃ſſeknek, és maradékoknak: Es mi-némű jóſzág ſzállyon csak férfiú ágra és mi-némű illeſſe mind az két agat.

XVII. TITULUS.

TOvábba mivel-hogy még à két-fęle ſententiának kűlő̃mbſęgéről ſzóllánk, az el-kezdet dólgot, tudni illik, az Király adományáról való iráſomat egy keveſsé fęlben hadtam vala: Moſtan azért az elő̃bbi iraſomnak nyilvábban való meg magyarázását véſzem elő̃, és megmondom mit kellyen értenűnk, holot az Király adományáról azt irám, hogy minden ember jóſzága ki ő̃rökkő̃s nélkűl magtalanúl meg hall, Királyra ſzál, mit jegyezzen itt az ő̃rökkő̃s.

Itt azért eſzűnkben vegyűk, hogy jól-lehet maradéknak avagy csemeteknek mondgyuk az Attyáknak avagy Annyáknak ő̃rökkő̃s fiait és leányit, még ha az Attyának halála utánna-is lennének ez világra: Az magzatokon mind fiakat és leányokat ércsűnk, azoktól meg-válva, kik az Attyok halála után ſzűlettetnek. Gyermekeknek mondgyuk penig mind

QUI SINT ET intelligãtur Hæredes & poſteritates: & qualia bona ſolum maſculinum, qualiave utrunq́, ſexum concernant.

TITULUS XVII.

CÆterùm, quia ab inceptæ materiæ proſecutione (ob occurrentem, & quidem neceſſariam notæ, & ſententiæ in hoc loco declarationem, pariter & diſtinctionem) digreſſionem feci; Igitur ad Donationum Regiarum evidentiorem explanationem cvertẽdo, & primo clauſulam illam: ſine hærede decedentium, vel in ſemine deficientium declarando.

Notandum eſt, quòd quamvis appellatione poſteritatum, omnes de jure Patri vel Matri ſuccedere debentes, etiam poſthumis incluſis, ſive mares ſive fœminæ ſint, intelligantur: Prolium verò nominatione tàm filij quàm filiæ jam natæ, vel nati, poſthumis excluſis, ſignificẽtur. Liberorum autem nuncu-

patione & filij & filiæ, nepotesq́ & neptes pariter contineantur, tamen de vetusta & approbata regni hujus nostri consuetudine, hæredes, solummodo filij legitimi, qui juribus paternis hæreditariis succedere solent, intelliguntur: licet in casu, quo bona, & jura possessionaria paterna vel etiam materna, utrumq́ sexum, tam scilicet mares, quàm etiam fœmellas concernere dinoscuntur, Hæredis nomen ipse quoq́ filiæ (licet impropriè) gerere permittantur. Filiæ itaq́, quia non omnibus bonis, juribus paternis participant, ideò rectè non hæredes, sed posteritates potius nuncupantur. Et posteritates quoq́ dico nuncupari, non quantum ad jurium paternorum communiter & semper devolutionem, sed quantum ad sangvinis propagationem, & in casibus quib° legitimè sortiuntur bonorum paternorum, vel maternorum successionem.

Part. 1. Tit. 19. *Nam jura duntaxat possessionaria, pecuniis paternis aut maternis empta & comparata: Prætera in homagium alicujus inte-*

mind az meg-regzet fiakat, leányokat és unokákat, mind-az-által ez mi Országũk régi (ő̃rő̃kkesseknek) szókása és tő̃rvénye szerént, ő̃rő̃kkeseknek csak az fiakat mondgyuk, kikre tudni illik, az attyok jószága szokot szállani: Noha olyban, holot attyai avagy az añyai jószág-is mind az két ágat illetne, ez okon az leányokat-is, ő̃rő̃kkesseknek mondhattyuk, noha kiváltképpen az ő̃rő̃kkessen csak az fiakat értyũk. Mivelhogy penig az Attyai jószág nem mindenkoron szólgál az leány ágra is, annak-okáért az leányokat inkább mondhattyuk maradéknak, hogy sem mint ő̃rő̃kkesseknek. De még maradéknak-is, nem ez okon mõdgyuk, hogy az fiakkal egyetemben az Attyok jószágában, mindenkoron ő̃rő̃kkessek lehetnének, hanem hogy az fiakkal egy vérek ragok, és hogy néha mind az Attyoknak, s-mind Annyoknak jószágában, ő̃k-is részesseek, és ő̃rő̃kkessek.

Mert az leány ágát, csak ez-fele jószág illeti, mellyet vagy attya, vagy annya pénzen vett vólna: Avagy az mellyet attyának és annyának Nemes

mes ember halálaért, adták vólna: Továbbá, mikor az leány negyednek ki fizetesséért, egy darab jószágot örökben szakasztanának az leány ágnak: De az Báttya, és több attya-fiai akarattyából, kikre azon örökség és jószág nézne: avagy az mely jószágban az leány ágat, az ő vér-szerint való attya-fiai engedelméből, az Király fiui ágában örökkessé tenné mind az két ágra: Effele jószág mind az férfiu és leány ágra szólgál.

interempti nobilis data & obligata, cæterum per jure Quartalitio, seu insortem restitutionis quartæ puellaris perpetuò collata & inscripta, dummodo hujusmodi perënalis inscriptio Quartalitij non sit in præjudicium fratrum, vel aliorum ritè succedentium facta. Item, illa etiam jura possessionaria, in quibus aliquæ puellæ vel fœminæ per Regiã majestatem (sine tamen præjudicio fratrũ generationalium) in veros successores quo ad utrumq; sexum præficiuntur, jus fœmineum aquè, veluti masculinum sequuntur.

De az kivül minden-fele jószág, akar mint kereftek legyen, csak férfiu ágat illet. Ennek-penig oka vagyon, miért mondám azt, hogy az attyok és annyok pénzen vőt jószágában örökkessék az leányok, mert ha az báttyai közzül valamellyik pénzért jószágot szerzend magának, azleány ágnak, akar nénye akar húgalegyen avagy aszszony ember-is, ez fele jószághoz semmi közi nincsen, és az báttya mellé nem álhat, hogy ez fele jószágból részt kévánnyon, és vehessen óldalól való attya-fiától, hanem csak az attyai jószághoz nyúlhat, melyből az mint rendel meg irám, avagy részét vehet ki

Alia verò universa jura possessionaria, qualitercunq; acquisita, solum modo juri masculino deserviunt. Et dixi notanter, pecuniis paternis, vel maternis empta. Quoniam in bonis & juribus possessionariis, pecuniis aliquorum fratrum comparatis, puellæ seu fœminæ, sorores videlicet eorum, nil juris habere possunt, neq; collaterali modo ipsæ fœminæ succedere, aut portionem aliquam acquirere permittuntur: sed juribus tantum de paternis, aut portionem congruentem, in casibus immediatè præscriptis,

Filiæ in quibus non succedunt.
I. Part. 1. Tit. 18.
II. ut hic.
III. Part. 1. Tit. 73.
IV. Part. 1. Tit. 28. & 96.
V. Part. 1. Tit. 21. & 102.

Præfectio puellarum

aut jus Quartalitium pro se requirendi habent authoritatem. Dixi etiam, quo ad utrunquè sexũ, pari modo notanter. Nam in casu, quo Regia majestas puellam, seu mulierem aliquam in juribus paternis, vel etiam fraternis, (si frater ipse hæredibus careat, & præfectioni consentiat) in verum hæredem, & successorem masculinum simpliciter præfecerit, non inserendo scilicet in literis præfectionalibus utrunq; sexum: tunc hujusmodi jura possessionaria, mortua ipsa muliere, solummodo in filios (si habuerit, aliter autem rursus in fiscum Regium) devolvuntur, & filiæ suæ juribus duntaxat earũ Quartalitiis, de eisdem, juxta hujus Regni consuetudinem provenire, debentibus, contentari debebunt.

Part. 1. Tit. 78.

ti ki jószágúl, avagy csak leány negyedét kevánhat: Ezt is mondom, amà czikkel felől, *utrumq; sexum*, az az, mint az két ágat, mellyet ha bőtű szerént az Király levelében irnak. Illyen dologban, mikor Király ő Felsége egy leánt, avagy aszszony-állatot, az attya vagy attya-fiai akarattyából (ha az attya-fiainak örökkesse nem lejend, és ez dologna k enged) fiúi ágá és örökkesé tészi, de az levélben ha mind az két ágat meg nem nevezi, és bőtű szerint bé nem irattya: tehát az fęle leány avagy aszszony-ember halála után, az jószág kiben fiu ágá tötték vólt csak az fiakra szál, (ha penig fia nem lejend, az Király kamorára szál) és ha leányi vólnának-is, ez ország törvénye szerint, csak negyedet vehetnek, ez illyen jószágból.

QUARE JURA Possessionaria servitiis acquisita, jus fœmineum non sequantur.

TITULUS XVIII.

SI autem quæratur, Quare bona, ac jura possessionaria servi-

AZ SZOLGALATTAL nyert jószág, mi okon nem illyet leány ágát.

XVIII. TITULUS.

HA penig valaki okát kérdi, hogy az szolgálattal talált jószág, mi-

ért

ért nem illet leány ágat? Erre ez az felelet: Mivel hogy az Magyar Ország hozzá tartozo Országokkal egyetemben eleitől fogván, az ellenségnek torkában vólt, és fegyverrel óltalmazták, és az jószágot ez okon nagyob részre, fegyverrel, és vérekhúllásaval találták az mi eleink, és most-is ugy találllyák. Az Aszszony népek penig és leányok az ellenséggel nem szoktak vinni, s-erre elegtelenek-is, ez okon az féle jószág leány ágat nem illet.

servitiis acquisita, jus fœmineum non sequantur? Respondè, quòd ideò, quia regnum istud Hungariæ, cum partibus sibi subjectis, in medio, faucibusq; hostium situm, & positum est, quod gladio semper & armis tutari defendiq; solet, bona etiam, & jura possessionaria (ut cõmuniter) arte militari, sanguinisq; effusione, progenitores nostri acquisierunt, & modo quoq; acquiri consueverunt. Mulieres autem & puellæ armis militare, cum hostibusq; decertare non solent, neq; possunt. Et ob hoc bona ipsa juri fœmineo non deserviunt.

Hungaria in faucibus hostium posita.

Part. 1. Tit. 19. & 99.

VISZONTAG, AZ pénzen vőtt jószág, miért illet mind leány, mind fiú ágat?

XIX. TITULUS.

HA penig azt kérdenéd, hogy az mint az előt meg irám, az attyai vagy annyai pénzen vőt jószág, miért illesse mind az két ágat? Erre azt kel felelni: Mert ugy-mond, az pénz az ingo bingo marha kőziben számláltatik: Az fiaknak penig, és leányoknak egyenlő részek vagyon attyok-

E' CONTRA, CUR jura possessiõaria pecuniis empta, jus fœmineum æquè ac masculinum concernant?

TITULUS XIX.

SI verò è contrario quæratur. Cur jura possessionaria, pecuniis (ut præmissum est) paternis, aut maternis empta, jus fœmineum æquè ac masculinũ concernant? Dic, quòd ideò, quoniam pecuniæ inter res mobiles computantur: de rebus autem

Part. 1. Tit. 17. Part. 3. Tit. 29.

autem mobilibus, tàm paternis quàm etiam maternis, & filij, & filiæ æquales portiones sortiuntur: & ex consequenti etiam de bonis, & juribus possessionariis hujusmodi pecuniis, de quibus, utpote decedente patre, vel matre, filiæ portionem habere debebant, comparatis, portiones congruentes ipsis filiabus dantur. Licet originem, & fundamentum considerando, quod etiam pecuniæ maximis servitiis, & laboribus interdumq; ingenti sanguinis effusione acquiri, & congregari consueverint. Et quod onera bellorũ, & defensionem patriæ, mulieres seu puellæ per se gerere sustinereq; non possint, etiã de emptitiis bonis, & juribus possessionariis, portiones perpetuas nõ merẽtur habere: nè tamẽ à successione rerum & bonorũ paternorũ penitùs excluſæ viderentur, fraternus amor, & dilectio filiorum, quâ erga sorores afficiuntur, & jure quoq; divino affici tenentur, permisit filias portiones congruas, perẽ nali jure, cum eis pariter de prænarratis bonis, ac juribus possessionariis emptitiis habere, & onera bellorum, tutelamq; patriæ in hac parte maritis ipsarum imposuit peragere, atq; sufferre.

Part. 1. Tit. 57.

Part. 1, Tit. 17.

tyoknak és annyoknak ingo és bingo marhájokban: Következik azért hogy effele pénzen vött jószágból, melyből attyok avagy annyok hólta után részt vehetnének, az leányoknak portiójok szerént illendő részt tartoznak adni. Ha mind-az-által az pénz keresésnek fundamentomát meg tekintyük, hogy nagy szólgálattal fáratsággal, és véres vereytékkel szókták az pénzt találni. Az hadakozásra penig és hazánknak óltalmazására: sem az Aszszonyi-állatok sem az leányok nem elégek. Erre tekentvén még az pénzen vőt jószágból, és őrökségből-is, nem érdemlenék hogy részt kévánhatnának: Mind-az-által, hogy áz attyai jókból és joszágból mindenestől fogván ki ne rekesztetnének, az attya-fiui szeretet kivel az fiak az ő Nényekhez és húgokhoz, ISTEN parancsolattya szerént-is tartoznak, vitte erre az engedelemre az fiakat, hogy az őrök áron vött jószágból az leányok-is à fiakkal, egyetemben egyenlő részt vehessenek. Az hadakozást penig és hazánknak óltalmazását ő képekben bizzák az ő férjekre és Urokra.

UTRUM

AZ HITETLENSEGnek notájában eſet embernek, ha Király meg-kegyelmez, mind az két ágra való jóſzága az után-is mind az két ágra ſzóſgálé?

XX TITULUS.

ISméglen kérdés támad, hogy-ha valaki hitetlenſęgnek notajával kárhoztatik, s-mind az két ágra való jóſzágot birt, minek-utánna az Király fejének, és jóſzágának meg-kegyelmez, az kegyelem után lőt leányokat egy-aránt illetié azon jóſzág az fiakkal, avagy nem? Mivel-hogy minden előbbi ſzabadságát az hitetlenſęgnek notájában eſésé miat elveſztette vólt. Az felelet ez, hogy egy-aránt. Mert az Király kegyelme által, az notában eſetnek minden elebbi privilegiomi, nézvén az ő tőlle való őrőkkőſſekre és maradékira, meg-élednek, és iſmég az előbbi erejekben maradnak, kiből ez kővetkezik hogy azon jóſzágok iſméglen mind az két ágat illetik (de az egyenes léneában, és nem az óldal felt valókat) hanem ha az kegyelem levélben nyilván való emlekezet lenne felőlek, tudnia-illik, hogy jóſzágának kegyelme nem vólna. Miért

UTRUM BONA, Nota infidelitatis cõdemnati, utrumq; ſexum concernentia, poſt factam gratiam iterum utriq; ſexui deſerviant?

TITULUS XX.

ITem quæritur, ſi quis in nota infidelitatis condemnatus fuerit, cujus bona, juraq; poſſeſſionaria ſexum maſculinum ſcilicet & fœmineum contigiſſent, atq; ſecuta fuiſſent, & tandem ipſe condemnatus capiti ac bonis ſuis gratiam Regiam habere meruerit, utrum filiæ poſt gratiam naſcituræ, in bonis paternis æqualiter cum filiis ſuccedãt an non? Quandoquidem priora privilegia, per ipſam notam infidelitatis mortificata fuêre. Dicendum quòd ſic; Quia per gratiam Regiam omnia privilegia priora ipſius infidelis, quãtum ad hæredes ac poſteritates poſt ſe (directè tamen & non collaterali modo) ſequentes, vivificãtur, roburq; prioris firmitatis ſortiuntur, & exconſequẽti bona illa rurſus utrunq; ſexum ſequuntur. Niſi forſitan

Part. 1. Tit. 16.

Part. 1. Tit. 6. & 49.

in literis gratiosis exceptio per expressũ superindefieret. Nam in potestate Principis consistit gratiæ collatio, & bonorum ipsorum remissio. Quemadmodum igitur, & quibus sub conditionibus Princeps ipse gratiam fecerit, illag, bona remiserit, sic etiam de cætero bonorũ eorundem successio sequetur. De filiabus autem ante condemnationem paternam natis, nulla est quæstio. Nam illæ portiones suas ob patris delictum non amittunt: ad successionem tamen mutuam cum eo amplius (sicuti in serie differentiarum notæ infidelitatis, & sententiæ capitalis prænarratum est) non deveniunt.

Part. 1. Tit. 37.

Filiarum jus semper salvum. Part. 1. Tit. 16.

Miért hogy az Fejedelem szabad véle, mint adgya az kegyelmet, és miképpen ereszti meg-mellette az jószágot. Az mint azért az Fejedelem adandgya az kegyelmet, és meg-ereszthendi az jószágot, az jószág-is ollyan-képpen szál eggyikről az másikra. Az leányok felől peniglen, kik az attyoknak meg sententiazása előtt születtettek semmi kérdés nincsen. Mert azok áz ő részeket, az ő attyok vétkeért el-nem-vesztik: De azért az attyok része szerint való jószágban részesseк nem lehetnek, az mint oda fel az hitetlenségnek notája, és à főben járó sententia külömbségek felől, meg-irtam.

AN BONA TUM pro servitiis, tum pecuniis simul collata, utrunq; sexum sequantur?

TITULUS XXI.

Quæritur ulterius, Si Regia Majestas, aut quispiam Dominorum vel Nobilium, jus aliquod possessionarium, sive castrum, aut fortalitium, sive oppidum,

AZ MELY JOSZAGOT válakinek szólgálatért és pénzeért-is ádnak, mind az két ágat illetié avagy nem?

XXI. TITULUS.

TOvábbá ezt-is kérdhetik, hogy ha az Király ő Felsége, vagy az Urak, avagy Nemessek közzül valakinek avagy Várat, avagy Castélt, avagy Várost, avagy Falut, vagy puszta

puſzta helyeket, hũ ſzólgálattyaért, és kedves voltáért ajándékozna; Ez mellet penig bizonyos ſuña pénzben-is, mely ſumma az *Donatio*ban avagy effęle jóſzágról való költ vallás levélben nyilván meg-vólna irván, örökben adna avagy kötné effęle jóſzág mind az két ágra ſzólgálnak, avagy penig csak az fiu ágat illetné? Erre azt felellyük, hogy csak az fiu ágat illeti: Mert az jóſzágnak kéreſſęsében és találásában mindenkoron az fundamentomra, és az jóſzág gyükerére kel tekintenünk és nem az ágra avagy fiatallyára, añakokáért effęle jóſzágnak-is az fundamentomra tekintvén, az az, Valakinek hũ ſzólgálattyára, kinek illyen jóſzágot ádnak: Igy nem pénzen vőt jóſzágnak, hanem Király örök adománnyának mondhattyuk. Mindaz-által az leány ág-is effęle ſummából az ő réſzét méltán ki-veheti. Holot penig ollyan nagy ſuñában vólna, az jóſzág kötve, hogy annyit nehezen érne: tehát azon jóſzágot az Orſzágnak Birája egy Captalañal avagy Conventel köz bőcsel intezék, és bőcsüllyék meg, és ekképpen köz bőcsel fizeſſęk ki az fiak az leányok réſzére való ſummát.

Nyilván-

pidum, villa, vel prædium exiſtat, tum pro ſervitiorum exhibitione, vel beneficiorum & complacentiarum impenſione, tùm verò pro certa pecuniarũ ſumma, in literis ſuperinde Donationalibus, aut etiam Faſſionalibus expreſſa, ſimul cuipiam perpetuò contulerit & inſcripſerit, utrum hujuſmodi jus poſſeſſionarium utrunq; ſexum ſequatur: an autem maſculino duntaxat ſexui deſerviat? Dicendum, quod virilem ſolummodo ſexum concernat, eò quòd bonorum acquiſitio radicem ſemper adeptionis & conſecutionis eorundem, non autem appendiculum, vel ramum reſpicit, propterea à radice acquiſitionis, hæreditariũ & non emptitium jus eſſe comprobatur. Veruntamen filiæ ſeu fœminei ſexus homines, de ejuſcemodi pecuniarum ſumma portiones ſuas meritò habere poſſunt. Ubi autem ſumma ipſa pecuniarũ grandis adeò & notabilis eſſe videretur, ut jus illud poſſeſſionarium modò ante lata collatum vix tanti valoris reputaretur: tunc jus idem poſ-

Part. 1. Tit. 28. §. 7. 73. Item Par: 1 Tit. 47. 69 Item 18. & 88.

sessionarium, per judicis & alicujus testimonialis loci homines, communi æstimatione medianti, æstimari & secundum hujusmodi æstimationis exigẽtiam, portio pecuniaria filiabus cedens, per filios reddi debet.

COROLLARIUM.

Unde ex radice adeptionis bonorum elicitur, Quod frater quispiam vendens precio portionem suam possessionariam alteri fratri, in quem etiam alioquin jure generationis & successionis hujusmodi portio (vẽditore ipso deficiente) devolvẽda erat, eadem portio jus fœmineum non sequitur. Et per portionem intellige etiam totalem possessionem, & plura alia jura possessionaria similia. Cauti sunt itaq; acquisitores vel emptores bonorum, prout enim literas suas formabunt, ita & bonorum suorum successionem atq; devolutionem habebunt.

Nyilvánságnak okáért azért, az jószág kereſęſębŏl, illyen tanuságot vehetũnk; hogy ha egygyik atya-fia az máſiknak oly jószágot ádna-el pénzen, mely jószág az ŏ halála után, ugyan vér ſzerint-is, arra az ŏ attya-fiára ſzállana, effęle jószágban à leány ágnak réſze nem-lehet. Még ha nem csak réſz-ſzerént való jószágot, hanem egéſz falut, avagy egynehány rendbéli jószágot el-ádna-is illyẽképpen eggyik attya-fiu az máſiknak. Okoſok legyenek azért, az kik jószágot akarnak magoknak keresni, avagy pénzen venni, mert az mint iratattyák az jószágról való levelet, azonképpen kel az jószágnak-is eggyikrŏl az máſikra ſzállani.

DE CLAUSULA Donationis (per defectum ſeminis) quid perſemen intelligatur.

TITULUS XXII.

QVoniam in ſerie literarum Regiarum Donationalium conficiendarum, ſuper bonis, ac juribus

AZ KIRALY ADOMAnyában mikoron à levélben, az magva ſzakadáſról ſzólnak, mit kellyen érteni az magon.

XXII. TITULUS.

MIvel-hogy az Király Adományáról való *Donatio* levélben, mikor valamely Embernek halála után, (kinek

(kinek ōrōkkōſſe nem vólna) jóſzágát máſnak adgyák, ez Czikkelt mindenkoron az levélben ſzokták irni, hogy ugy-mond, *ennek-ennek jóſzágát magva ſzakattól adgyuk*, &c. Annak-okáért ſokkan illyen értelembē vadnak ez czikkel felōl hogy ha az fęle meg-hólt Urnak avagy Nemes embernek leányi maradnak: ugyan meg kellene az levélben nevezet ſzerint irni, hogy *férfiui ágnak* magva ſzakadáſaért adta el az Király az jóſzágot, *&c.* Es mikor igy nem irnak az Donatiót, haſzontalan vólna és le-ſzállana: mivel-hogy még leányi vólnának, és ez-okon még magva ſzakadnak az ollyan embert nem mondhatnak: De kūlōmbenkel ezt érteni, mert itt az magon, csak az férfiui ágat, és nem az leány ágat ſzoktuk érteni. Héjában való dolog vólna azért azt oda irni tōb beſzéddel az mit annélkūl-is az igének erején meg-érthetūnk. Ennek penig ugyan terméſzet ſzerint való oka-is vagyon, mert mikor az férfiui mag bōſegeſb, akkor inkáb mind fiak léſznek tōlle: viſzontag az aſzſzony magvából az leánzo.

juribus poſſeſſionariis illorum, qui hæredibus deficiunt, hæc clauſula (per defectum ſeminis talis, vel talis, &c.) ſemper apponi, inter ſeriẽs ſolet, Ideò putaverunt aliqui, quòd ſi Dominus, vel Nobilis ille, qui deficit, filias poſt ſe reliquerit: tūc neceſſe ſit, in ejuſcemodi Donationalibus literis, per expreſſum deſcribere pariter & addere clauſulam (maſculini ſexus) ut contineatur in Donationis tenore, per defectū ſeminis maſculini ſexus, talis, aut talis, &c. Alioquin autem Donationem, ipſam non valere, neq; impetratori talium bonorum ſuffragari poſſe: arguentes & allegātes, illum in ſemine (eò quòd filias habeat) nondū defeciſſe. Quod tenendum non eſt. Nam per ſemen virilis dūtaxat maſculinus ſexus, & non fœmine intelligitur. Fruſtrà igitur & ſuperfluum eſt, id addere, vel apponere, quod etiam alioquin vocabuli virtus continet in ſe. Et ratio eſt, quia naturaliter ex ſemine viri ſuperabundanti (ut plurimum) maſculus concipitur: & è contra ex ſemine fœmina, fœmina generatur.

Rectè igitur dicitur is in semine defeciſſe (ſi etiam filias habeat) qui in virili ſexu defecit. Hinc eſt, quòd ex Nobili Patre, & ignobile matre generati filij, veri nobiles reputantur & Patris familiam conditionemq; ſequũtur: ſed non è converſo, prout & ſuperius apertè declaravi. Verum tamen ſi bona & jura poſſeſſionaria cujuspiam utrunq; ſexum manifeſtè concernunt, & uterq; ſexus deficiet: tunc ritè & commodè ponẽda erit in Donatione Regia (per defectum ſeminis utriuſq; ſexꝰ, talis &c.) ut in ea parte, per ſemen, ſucceſſio intelligatur.

Part. 1. Tit. 71. & 51.

Méltán mondhattyuk azért, hogy magva ſzakadot annak (ha leányi vólnának-is) kinek tőb férfiu ága nem maradand. Innet vagyon, hogy az Nemes Attyától, és paraſzt annyától való fiak ugyan igaz Nemeſſeknek tartatnak, és az attyok nemzetſégében és állapatban mennek elő: De viſzontag nem, az mint arról oda elő nyilván ſzóltam. Mindaz-által, ha valamely jóſzág mind az két ágra nyilván ſzólgálna, és mind az két ág el-fogyna: tehát akkor igazán és haſznoſſon belé irhattyák az Király adományról való levélben, *hogy ennek s-ennek mind az fiu és leány agának magva ſzakadasáért adták el-jóſzágát*, mint hogy itt az magon az *ſucceſſiot* avagy őrőkkeſſéget értyük.

QUANTO TEMpore jus Regium duret, & præſcribatur.

TITULUS XXIII.

Quia igitur Regia Majeſtas, cunctorum Dominorum, Baronũ, Magnatum, Procerumq; & regni a Nobilium in ſemine deficiẽtium, verus (ut præmiſi) & legitimus ſucceſſor eſſe cẽſetur: ſunt igitur plures Domi-

a Part. 1. Tit. 3. & 10.

AZ KIRALY IGASSAga hány eſztendeig tart, és mikor telik ki ideje.

XXIII. TITULUS.

Mivel-hogy az mint meg-mondám, hogy Király ő felſége minden-féle Uraknak fő embereknek és Nemeſſeknek valakiknek magvok ſzakadna, tőrvény ſzerint való őrőkkeſſe vólna, erre való tekintetek-be ſokkan az Urak, és ez Or-

ſzágbé-

ſzágbéli jóſzágos Nemeſſek kőzzűl, tudgyák hogy Király igaſsága fekſzik jóſzágokban, de még is azt kőltik, hogy avagy zálagúl birják, avagy bizonyos vallások, és kőtéſek vólna fellőle (kiben azért ſemmi nincs, s-az Király ſem adot *conſenſust* réá) vagy hogy ők abban az jóſzágban őrőkkeſſek vólnának, és vér ſzerint-s-törvény ſzerint-is őket illetnék. Avagy peniglen valami ſzin alatt, fő-képpen háború időben, és hadkort valamely jóſzágban allattomban bé-csuſznak, és allatomban az jóſzágot mind birdogállyák, azt hányván vetvén, hogy ők annak az jóſzágnak ſok időtől fogván Uraſságában vóltanak, és időt-is töltöttenek benne. Ez fęlék ellen azért jól meg tanúllyuk, hogy ſzáz eſztendeig tart á Kiraly igaſsága effęle jóſzágban, és ez ſzáz Eſztendő forgaſsában, effęle csalárdok jóſzágát Király igaſságával töllők el-vehetik, és igy csak héjában léſzen az ő időtöltéſekkel való magok biztatáſa.

Dominorũ & Nobilium, ac regnicolarum, poſſeſſionatorum, ſcilicet b *hominum, qui jura regalia pro ſe malè vendicantes, aut videlicet pignoris titulo, aut Faſſione in valida & inefficaci, vel Regio conſenſu indigente, & neceſſario: aut alio ſucceſſorio vel hæreditario jure, in ſe devoluta fingentes aut alia indirecta via, taliter, qualiter dominiũ eorum (maximè guerrarum, diſſenſionũq; temporibus) ſubintrantes, taciturnitatis ſilentio tenere gubernareq; & poſſidere ſolent, ſeſe in eiſdem juribus poſſeſſionariis longævi tẽporis præſcriptione mediãte, firmare & fundare prætendentes.* UNDE *ſciendum eſt, quòd jus Regium centum annis in bonis & juribꝰ poſſeſſionariis quorũlibet malæ fidei poſſeſſorum durat, & exquiri poterit, objectione præſcriptionis alicujus non obſtãte.*

b Part. 2. Tit. 71.

MI LEGYEN VALOban az Király igaſsága, és az Jóſzág.

XXIV.

QUID SIT JUS Regium definitivè, & quid jus poſſeſſionarium.

TITU-

TITULUS XXIV.

JUs igitur Regiũ, dicitur juriſditio Sacræ Coronæ Regni, in bonis ac juribus poſſeſſionariis, per quem piam pro ſe malâ fide contrâq; conſenſum Regium uſurpatis, tacitè latens & conſiſtens. Nomine autem poſſeſſionarij, generaliter intellige Caſtra, Caſtella, Fortalitia, Civitates, Oppida, Villas, Poſſeſſiones, Terras, Sylvas, & Prædia.

Ubi ſciendum, quòd poſſeſſio dupliciter accipiatur. PRIMO *quidem pro domino uſuq; ac gubernatione alicujus rei mobilis, vel immobilis. Et hoc modo dicitur poſſeſſio, quaſi pedum poſitio in uſum ac dominium ipſius rei, quàm quis realiter tenet & gubernat.* ALIO *modo autem (prout in propoſito) poſſeſſionis appellatione villa ſignificatur & intelligitur: & hoc propriè loquendo. Nam caſtra, caſtella, civitates, oppida, & prædia, ſeparata habent vocabula.*

Verum tamen hoc in loco nomine juris poſſeſſionarij, generaliter intellige caſtra, caſtella, fortalitia, civitates, oppida, villas,

XXIV. TITULUS.

AZ Király igaſsága azért, az Király Coronának tõrvény ſzerint való igaſsága, és kõzi, mely alatomban, fekſzik oly õrõkſęgben, és jóſzágban, mellyet valaki mód-nélkũl, és nem igaz utón s-Király engedelme nélkũl birná. Az Jószágon penig értyũk kõzõnſęgesképpen mind az Várakat, Caſtéllyokat, erõſſęgeket, Kólcsos Városokat, mezõ városokat, falukat, fõldeket, erdõket és telekeket.

Itt azért ércsũk meg hogy mikor birodalomról ſzóllunk, avagy az mi birtokunkat emlittyũk, ezt két-képpen érthettyũk. Mert ELSÕBEN, azt jedzi, az min nékũnk hatalmunk vagyon, akar ingo, bingo, akar õrõkſęg legyen az, csak hogy mi birhaſſuk és gond-viſelésũnk alatt legyen. Mert ez formán mondatik à *poſſeſſio*, lábainknak bé-tévése, mellyel az jószágot valaki maga ſzámára foglallya, és valóságos Uraſságában és gond-viſeléſe alatt vagyon. MASODSZOR ez nevezeten tulaydon-képpen jószágot és falut értũnk. Mert az Váraknak, Caſtéllyoknak, keritet kólcsos és mezõ Városſoknak és telekeknek ſáját, és tuláydon nevek vagyon. Mind-az-által itt az *poſſeſſion*,

on, az az, az jószágon, kőzönségesképpen ércsed az várakat, castéllyokat, erősségeket, kólcsos városokat, mező városokat, falukat, jószágbéli részeket, földeket, réteket, erdőket és telekeket. Prædium, az az, Teleknek penig oly mezőt hivunk, kin az előt emberek laktak, de mostan puszta, sem ház sem lakó nincsen rayta, mint ha ki prédára hadta vólna: miert hogy ez ige az régiektől marat. kik oly földet, mellyet fegyverrel vőttek vólt meg, ön köztők prédának, az az, hadi nyereségnek tartnak vala. Azonképpen az Funduſt, az az, az nemes ülés helyet, és jobbágyok házak helyet, mellyen mivel hogy sem ház, sem lakó nincsen, puszta teleknek mondgyuk. Mik legyenek penig az várok, castellyok, erősségek, kólcsos és mező városok nyilván vagyon, melyért nem kel azokról az magyarázat.

Mert ez czikkel alat, *cum omnibus pertinentiis*, az az, minden hozzá tartozókkal egyetemben, kőzönségesképpen mind azokat érttyük, valami akar keritet kólcsos, akar mező városhoz, avagy valamely faluhoz való: ugy-mint szántó földek és gyepek, mezők és kaszáló rétek, nyomás, erdők, cserek, berkek, hegyek,

villas, portiones possessionarias, terras, prata, sylvas & prædia. Prædium autem nos dicim⁹ agrum illum esse in quo prius homines habitare solebāt, modò tamen nulla ædificia apparent, neq; coloni habitent, quasi prædæ expositum: ab antiquis derivatū, qui agros, quos bello capiebāt, in prædæ nomine habebant. Fundum etiam, seu locum sessionis nobilitaris, atq; jobagionalis, ædificiis & habitatore penitus destitutū, similiter prædium appellamus. Castra verò, & castella, fortalitia, civitates, & oppida nota sunt, & declaratione non egent. Pertinentiarum siquidem nominatione communiter intelliguntur, & continentur omnia illa, quæ ad civitatem, oppidum aut villam aliquam spectant: prout sunt terræ arabiles cultæ, & incultæ, agri, prata fœnilia, pascua campi, sylvæ virgulta, nemora, montes, valles, vineæ, promontoria, aquæ, fluvij, piscinæ, piscaturæ, aquarum decursus, & molendina, ac eorundem loca. Et generaliter omnes utilitates ac proventus, ipsi ci-

Part: 3. Tit. 16.

vitati, aut oppido, vel villæ deservientes. Sæpè autem pertinentiarũ appellatione comprehenduntur omnes jurisditiones alicujus castri, vel omnia bona immobilia, ubilibet adjacentia, ipsi castro annexa atq; deservientia. Sicuti civitates, oppida, villæ, portiones possessionariæ, & prædia. Tamen hujusmodi nomine, vel significatione rarò utimur, sed civitates, oppida, villas, portionesq; & prædia ad castrum attinentia, si non specificè: generali tamen positione denotare solemus.

gyek, völgyek, szõlõk, szõlõ-hegyek vizek, folyo-vizek, tók, vézek, vizfolyások, mólnok, és malom helyek, summa szerint, valamely városnak avagy falunak, akar mi jövedelmi hasznai és hozzá tartozó vólnának. Gyakorta peniglen érttyük ez szón valamely Várnak minden törvény szólgáltatásra való hatalmat és birtokat, avagy minden jószágot, akar hol legyen, csak hogy ahoz tartson, és oda szólgállyon, ugy mint keritet és mezõ városok, faluk, részbéli és egész jószág, és puszta telekek. Mind-az-által ezzel az értelemmel igen ritkán élünk, mert hogy-ha mindenkoron ki nem fejezzük-is de summa szerint, az keritet és mezõ városokat, falukat, rész jószágot és telekeket, valamely várnak csak tartományának szoktuk mondani.

Et quamvis jus Regium ad universa ferè jura possessionaria, quæ donationi & collationi Regiæ, quovismodo vel titulo subjacent, generaliter referri & extendi queat, tamen si quis Dominorum aut Nobilium, in casibus vel criminibus notam infidelitatis afferentibus & inducentibus excesserit atq; deliquerit: aut si quis in semine (de recenti) defecerit, hujus vel

Jól-lehet azért az Király igasága közönséges-képpen, mindenfele jószágot à kit Király el-adhat, avagy valamiképpen Királynak közi lehet hozzáia, õ magában bé-foglallya: mind-az-által ha ki az Urak, vagy az Nemesek közzül hitetlenségben esendik: avagy uyjonnan valakinek magva szakadand, effele jószágot nem mindgyárt csak az Király-igasságával kel meg kérni, hanem avagy az hitlenségnek nevével és mint eset legyen.

legyen az hitlenſég meg-magyarázván: avagy penig magva ſzakattúl kérheti meg, és ez mellet az Király igaſságat-is bé-ſzokták à *Donatio*ban iratni, hogy ha mi kõzi vólna, õ felſségének affęle jóſzágban, azt-is oda engedgye: Az mint azért elsõben ſzóllék à Király igaſsága felõl, hogy mi légyen, azt nem utólſo és kõzönſęges Király igaſságáról kel érteni, hanem azokra való-képeſt kel magyarázni, az kik az Király igaſsagát jóſzágokban el-titkolnák.

vel horum bona, ac jura poſſeſſionaria non nomine juris Regij ſimpliciter, ſed per notam infidelitatis (eam declarando) vel per defectum ſeminis ipſius defuncti hominis, impetrari, & ſæpè in ejuſcemodi Donatione jus quoq; Regium (ſi quid in illis bonis etiam aliter haberetur) impetratores apponere conſueverunt, ideò deſcriptio ſuper jure Regio immediatè prædeclarata, non de hujuſmodi genere juris Regij, ſed quantũ ad celatores juriũ Regalium eſt intelligẽda atq; referenda.

Part. 1. Tit. 13. & 28.

HOGY AZ KIRALY igaſságával, valaki jóſzágát méltatlan meg kéri, azon jóſzágnak õrõk bõcsüen marad.

XXV. TITULUS.

HA azért valaki Király igaſságával valamely jóſzágot meg-kérend, tudni-illik, kinek Uraságában valamely Ur, avagy Nemes Ember, ſok üdõtûl fogván békeſſęgeſſen élt vólna, és az põrnek folyását végig üſzvén, (mert ez moſtani ſzokáſunk ſzerint, effęle põrnek négy Octáván végének kel ſzakadni) az ſęle Ur avagy

QVOD IMPEtratores bonorũ injuſtè, nomine juris Regij inæſtimatione eorundem bonorum perennali, condemnentur.

TITULUS XXV.

SI quis itaq; nomine juris Regij, aliqua jura poſſeſſionaria pro ſe impetraverit, in quorum utpote pacifico Dominio, quiſpiam Dominorum aut Nobilium olim perſtitiſſet, & elapſis legitimorum terminorum in cauſa ſuperinde de ſuſcitanda proceſſibus (in quatuor enim

terminis octavalib⁹, juxta consuetudinem modernorum ejuscemodi causa finaliter terminari solet) si Dominus, vel Nobilis ipse justo titulo, bonoq; jure, impetrata illa jura possessionaria se possedisse, possidereq; poterit comprobare, tunc impetrator talis in æstimatione perennali, eorundem jurium possessionariorum, malè & injustè impetratorum (quorum perpetuitatem pro se usurpare, vendicareq;, & legitimum possessorem illis perpetuò privare prætendebat) convinci debet & condemnari, ut simili mensura sibi remetiatur, & pari damno, quod alteri inferre satagebat, compensam sortiatur.

avagy Nemes ember meg bizonyithattya, hogy ő jó moddal, és igassággal vagyon abban az jószágban, és igazán birja, tehát az ki meg kérte vólt, azon jószágnak, mellyet ővévé akarna tennie, és az ő igaz Urát belőle ki akarná vetni, őrők bőcsűen marad. Hogy ekképpen hasonló mértékkel mérijének nékie, az kivel ő másnak akar mérnie, és ő essék abban az kárban, melyben ő mást akar eiteni.

Et idem est tenendum etiam de illis, qui per notam infidelitatis in prædeclaratis casibus, aliqua jura possessionaria à Regia Majestate pro se impetrãt: & hujusmodi crimen notæ infidelitatis adversus eos, quorum jura possessionaria impetrata fuerint, comprobare non poterunt, quod videlicet tales quoq; in æstimatione ipsorum jurium possessionariorum perennali (si liti cedere noluerint) condemnentur: licet plerique sentiant ipsos solummodò in a *emendatione linguæ eorum convinci & aggravari debere: Ex eo scilicet, ut innocentes & innoxios, coram regia Majestate malè diffamasse intelligantur.*

a Part. 2. Tit. 72.

Ekképpen járnak azok-is valakik hitetlenségért jószágot kérnek, és azt reájok nem bizonyithattyák, mert ezek-is az meg kért jószágnak őrők bőcsűén maradnak (ha az pőrt le nem tészik) és mellőle nem akarandnak el állani: Jól-lehet erről sokan illyen értelemben vadnak, hogy azokat kik hitlenség nevével, kérik meg valaki jószágát, csak nyelv váltságon kel azért maraztani: Mivelhogy Király előt ártatlan, és bűntetlen embereket hamissan meg-szólották, és méltatlan kissebbitették meg-nyelvekkel.

HOGY AZ KIK MAGva ſzakattúl kérik meg valaki jóſzágát, azok ſemmi birságon nem maradnak.

XXVI. TITULUS.

HA valaki peniglen valamely hólt embert jóſzágát magva ſzakattúl Király igaſságával, mint ha ő felſégére ſzállot vólna, meg kéri, és az után hogy tőrvényre kel az dolog, levéllel meg-bizonyithattyák hogy az Királt nem illeti, hanem vagy vér ſzerint való attya fiaira, vagy az meg hólt embernek leányi ágára vagy egyéb rendbéli örökkeſire ſzállot: Ez-okon az ki meg-kérte, ſemminem marad, mert férfiu ág-nélkül való hólt embernek kétſéges jóſzágát, kérte vólt meg: hogy azért az Királyi Coronának igaſsága üdővel ki teſſék, és az Király-is kétſéget kiveheſſe belőle, ha ő reá ſzálloté avagy nem az à jóſzág, ez-okáért mentſége lehet az meg-kérőnek. Mert netalán az-is az ki az meg-kérő ellen az jóſzágot meg-nyeri, és levelével örökkeſsé teheti magát az jóſzágban, talám az magva ſzakat ember éltében azon jóſzágot nem birta: A' honnét következik, hogy effé le magva ſzakat jóſzágról való *Donatio*

QUOD IMPEtratores bonorũ, per defectum ſeminis quorumpiam, in nullo onere convincantur.

TITULUS XXVI.

SI quis autem per defectũ ſeminis cujuſpiam decedentis, & hæredibus deficientis, bona vel jura poſſeſſionaria, tanquã ad ſacram Regni coronam jure devoluta, ab ipſa Regia celſitudine impetraverit, & tandem in examine cauſæ, inde movendæ, eadem jura poſſeſſionaria, non ad collationem Regiam, ſed ad fratres aliquos generationales, vel fœminei ſexus ipſi defuncti homines, aut alios legitimos ſucceſſores, derivata fuiſſe, literarum teſtimonio verificabunt: tunc impetrans ipſe nulli ſubjicitur pœnæ, nec ullo onere propterea gravabitur, eò quòd mortui hominis bona, tãquam ambigua hærede ſcilicet maſculino carentis deſtitutiõ impetravit: Ut juriſditio ipſi ſacræ Regni Coronæ in tempore exquireretur, & ambiguitas devolutionis ipſorum bonorum tolleretur. Nam ille quoq; qui

causam obtinuerit, & ad se bona illa devoluta esse declaraverit, forsitan vivente eo, qui jam occubuit, dominium eorundem bonorum reale non habuit: unde si etiam jus Regium in hujusmodi literis Donationalibus per defectum seminis emanatis, casu insertum vel annexum fuerit, & ulterius impetrator ille jus ipsum Regium prosequi voluerit: in nullo propterea a judiciali gravamine convinci debebit.

tio levélben mikor bé irandgyák az Király igasságát-is, és à kinek Király adta, az jószágot, az Király igasságát kezdi az tőrvényben forgatni, hogy az jószágot azzal-is övéje tegye, ezért nem marad semmin.

Si tamen ampliori processu pertinaciter cùm jure ipso Regio agere non cessabit, rursusq; succubuerit: tunc pœnæ a præmissæ subjacebit. Poterit autem impetrator ipse (si voluerit) in causa juris Regij legitimè procedere. Nam licet consideratione illius clausulæ, quæ in literis Donationalib⁹ semper inseri solet, videlicet (præmissis sic ut præfertur stantibus, & se habentibus, &c.) arbitrati sunt nonnulli, cassata & invalidata prima parte Donationis, quæ per defectum seminis erat etiam reliquam partem super jure Regio confectam, cessare & anihilari debere. Quoniam tamen hoc verum fuit, quòd ille, cujus bona impetrata erant, sine semine decessit: clausula prænotata totali Donationi, & cum

a Part. 1. Tit. 25.

Part. 1. Tit. 23.

Mind-azon-által, ha még-is vakmerő-képpen kezdi az Király igasságát hánni vetni, és még-is el-esik mellőle: igy az meg-mondot büntetéssen marad. De azért ki effele jószágot meg-kért, ha kedve lészen hozzája, ugyan tőrvény szerint-is meg lathattya, hogy ha Király igasságával hozzá férhet az jószághoz: Mert mivel-hogy, ez Czikkelt effele *Donatio* levélben bé-szokták irni, ugy mint (az dolog igy lévén, az mint mondgyák) sokkan illyen értelemben vóltak, hogy ez illyen *Donatió*nak első részéből, mely szól arról, hogy ennek s-ennek, az kinek jószágát magva szakattúl meg-kérték, valóban magva nem szakat, tehát à levélnek több része is, mely szól à Király igasságáról le-szál és semmit nem használ az meg kérőnek. Mind-az-által, ha azt meg-bizonyithattyák, hogy az el-hólt embernek, kinek

nek jószágát valaki meg-kérte, magva szakat: az meg-irot Cikkel, az egész *Donatio*nak és evel eggyűt az Király igasságának egyszer s-mind ártalmára nem lehet. Ezokáért az meg kérő fel ha akarja, Király igasságával-is, jó módgyával, pőrelheti az meg-kért jószágot.

cum hoc juri ipsi Regio derogare non videtur. Idcirco impetrator ipse, si voluerit, causam suam super dicto jure Regio, rite prosequi valebit.

HOGY AZ MELY JOszág pőrben vagyon, azt magva szakattúl meg nem kérhetik.

XXVII. TITULUS.

DE azért ezt eszünkben vegyük, hogy ha valaki valamely jószágot pőrleni kezdené, és minek-előtte meg-nyerhetné és az pőrt véghez vihetné, azonban magtalanúl történnék meg hálni, tehát effele jószágot magva szakattúl, az Fejedelemtől meg nem kérhetnék. Mert az ő vér szerint való attya-fiuságát, kire való képest, az az meg-hólt ember, még éltében kerese az jószágot, azon embernek halála, semivé tötte. Mind-az-által az Fejedelem-is nem lehet annyira való örökkösé effele embernek, hogy az mely jószágot éltében sajattyáva nem tehetet, hanem még az pőr folyásában lévén, kétség

QUOD BONA, in lite existentia, per defectum seminis impetrari non possint.

TITULUS XXVII.

ADvertendum est autem, quòd si quispiam prætextu hæreditatis, aliquorum jurium possessionariorum, a causam litemq; suscitaret, & antequam eam ad finem effectumq; perduceret, ab hac luce sine semine decederet, tunc in eo casu, bona & jura ejuscemodi possessionaria in lite existentia, per defectum seminis ipsius decedentis, à Principe impetrari non possunt. Quoniam b propagatio sanguinis, cujus respectu decedens ille bona ipsa acquirebat, & prosequebatur, extincta est. Princeps autem, licet successor ejus

a Part. 2. Tit. 71.

b Part. 1. Tit. 47.

ejus sit respectivè ad bona, quæ vivens possidebat aut possidere poterat, non tamen censetur esse c *propagativus hæres ab ea consequenda, quæ decedens ipse, juri suo nondum appropriaverat & addixerat, sed in dubio adhuc litis illa se consecuturum sperabat.*

kétséggel csak remélhette annak meg-nyeréſét.

c Part. 1. Tit. 17.

Verum tamen, si habuerit bona ac jura possessionaria, præmanibus alienis, pignoris titulo, vel pro Dotalitio aut Quartalitio, sive etiam alio redemptibili modo obligata, talia bona Regia Majestas, vel ille qui Donatione Regia potietur, cui ea contulerit, ad se redimendi facultatem semper habebit. Nam hujusmodi obligatio non excludit bonorum proprietatem, qua defunctus ipse, vivens potiebatur. Et hoc idem est de fratrib⁹ quoq; adoptivis per omnia sentiendum atq; tenendum, qui successores legitimi non tamen hæredes veri fratris defuncti reputãtur, & ejuscemodi bona redemptibilia sibi vendicare optimo jure possunt. Hinc prodiit tritum illud & vetustum proverbium, quòd (lites præcio venundari, & coëmi non possint.) quod quidem dictum non est sic accipiendum, ut miserabilis

Mind-az-által ha oly jószág marat vólna az meg hólt embernek, mellyet avagy zálogban vetet vólna, avagy penig jegy ruháért, avagy leány negyedért, avagy váltságos-képpen valakinek el-kõtõt vólna: Effęle jószágot avagy az Király, vagy az kinek az Király adandgya, mindenkoron mágához válthattya. Mert az jószágnak effęle el-kõtéſe, tulaydonságát az jószágnak el nem veſzti, hanem azomban meg tarttya, mint éltében à meg-holt ember birta. Ezen értelemben legyũnk minden-képpen az hittes attya-fiakról-is, kikre az meg-hólt hittes atya-fiunak jószága, jol-lehet tõrvény-ſzerint, de azért nem vér-ſzerint ſzál, és effęle el-zálogoſitot, és el-kõltet jószágot kirõl ſzóllék, effęle attya-fiak-is magoknak meg válthattyák. Ez okon ſzoktuk kõz példa beſzédben-is mõdani, *hogy az põrt pênz en el-sem adhattyák, meg sem vehetik.* Mely példa beſzedet nem kel arra magyarázni, hogy valamely nyomorult ſzegény,

és

és meg szűkült ember, oly jószágának gondgya-viselését és meg-keresését, ki őtet méltán illetne, avagy el-kezdet pőrnek, avagy mellyet el-akarná kezdeni, forgatását és véghőz vitelét másra nem bizhatná: Avagy affele pőres jószágot, jó modgyával el nem adhatná másnak. Hanem ezt kel ezen értenünk, hogy az kinek el-adná az jószágot, avagy az kire bizná az pőrnek gondgya-viselését: Effele ember ő maga képében az el-adónak sem éltében, sem hólta után, az jószágot nem pőrelheti, hanem csak az el-adó nevével.

Mivel hogy penig az törvénnek vége kétséges, még az el-adó is, valameddig à pőrt, ugy-mint fel pőres, véghez nem viszi, addig az jószágot sájattyának nem mondhattya, és ez okon sokkál inkáb az meg vévő is, ő maga képében az el-adónak jószágát törvénnyel nem keresheti. Innét azért ez következik, hogy ha az el-adó fel, ez pőr közben, mig az törvénnek végét nem érne meg-ha land Az vévőnek mind pénze, s-mind az jószág oda lészen. Mert az mint meg mondok az után semmiképpen nem pőrelhet: és ez-okon meg

bilis aliqua perſona egeſtate & inopia gravata, vel alio defectu præventa, non poſſit bonorũ ſuorum juſto titulo ſe concernẽtium, acquiſitionem & recuperationem cauſarumq́ & litium inde ſuſcitatarum, aut movendarũ directionem & perſecutionem alteri commendare. Vel etiam hujuſmodi bona litigioſa, ſeu in lite exiſtentia, bonis ſub conditionibus vendere & à ſe alienare. Sed ita proverbium ipſum eſt intelligẽdum, ut ille, cui bonorum ipſorum venditio facta, vel ejus cauſa proſecutio commendata fuerit, nomine ſuo proprio, in eadem cauſa, nec vivente, ſed neq́ decedente eo, qui venditionem hujuſmodi bonorum fecit, procedere poteſt, ſed nomine ejusdem vẽditoris, cauſam ipſam dirigere & proſequi debet. Exitus autem & finis litis dubiꝰ eſt, & interim, quoaduſq́ pro parte actoris cauſa ipſa finem ſortietur, venditor ille, bona hujuſmodi litigioſa ſua eſſe, non poterit rectè affirmare. Ideò neq́ emptor, valebit pro eiſdem nomine ſuo proprio, tanquam pro bonis vẽ-

ditoris in judicio contendere. Unde si litis inter medio, antequam scilicet bona prænotata, per sententiam diffinitivam reobtenta fuerint, venditor ille decesserit, tunc emptor ipse impensam & oleum pariter perdet. Nam ex ratione præallegata, amplius in causa illa procedere non poterit: & ex consequenti lites, hoc est bona litigiosa, non potuisse precio comparare, manifestum erit.

meg tapasztalhattyuk, hogy az pőrt pénzen-is heában vőtte vólt meg.

QUOD BONA, Donatione Regia acquisita, Si etiam pecuniarum summa contradictoribus solvatur, jus fœmineum non concernunt.

HOGY AZ KIRALYtól adatot jószág, leány ágat nem illet, még ha az ellenzőnek ellene mondását pénzel le-szállitanák-is.

TITULUS XXVIII.

ITem sæpe numero contingit, impetratores aliquorũ bonorum, & jurium possessionariorũ aut per defectum seminis quorumcunq; decedentium, aut per aliam quãvis notam, vel etiam juris Regij titulo, cum contradictoribus illis, qui tempore executionis a hujusmodi Donationum apparuerunt, & statutioni earum contradictionis velamine obviaverũt concordare & in unionem devenire, atq; summam aliquam pecuniarũ, eisdem contradictoribus solvere, ut citiùs faciliusq; dominiũ bonorum impetratorum adipisceren-

a Part. 1. Tit. 3. & 32.

XXVIII. TITULUS.

EZ-is gyakran esik, hogy valaki magva szakattúl, avagy hitlenség nevével, avagy Király igasságával, kér-meg valami jószágot, és mikor iktattya magát ellene mondnak, mely ellene mondókkal az után meg-békéllik, és meg-egygyez: Es à mi igasságok vólna az jószágban, abból pénzel ki fizeti őket, hogy avagy kőnyebben fértkezzék azon jószághoz, avagy hogy az ellenzőknek, vagy leány negyedék vólt benne, vagy jegy ruhájok, vagy abból az jószágból ki kellet vólna őket házasitani, avagy egyéb valami kőzőket mondhattak vólna hozzája, és effele kőteleségtől és fizetéstől hamaréb meg szabadithassa az jószágot.

ſcerentur, aut eadem bona ab omni prorſus ampliori ſolutione, cui forte prætextu jurium Quartalitiorum, aut dotum, & rerum Paraffernalium, & aliorum hujuſmodi negotiorum ſubjacebant, liberarent.

Ennek-okáért, hogy illyenképpen való fizetéſſel-is jut az jószághoz, ſokan azt vélik, hogy effęle jószág, mind az két ágra ſzólgál: mely igaznak lenni nem láttatik. Mert az jószágnak tulaydonságát az fundamẽtomából és gyũkörébõl kel meg itilni, és honnét legyen elsõ eredeti effęle jószág kereſetinek és talalasának, mint az elõt-is, errõl iráſomban emlekeztem. Igy azért à Király adományára tekéntvén, effęle jószágot, Király adományának kel tartanunk, és nem võt jószágnak, bár ha valami fizetés léſzen mellette is'. Miért hogy az adomány az oka, hogy az pénzbeli fizetés lõt.

Unde putaverunt nonnulli, talia bona jus fœmineum perinde atq; maſculinum ſequi debere: quod minimè verum videtur. Nam jurium poſſeſſionariorum proprietas ad radicem atq; originem acquiſitionis ſemper eſt referenda, prout ſuperius quoq; breviter declaratum eſt: Et ob hoc ex ſtipite Donationis acquiſitia bona, & non ramo ſolutionis, emptitia eſſe cenſentur. Donatio enim, quæ præceſſit, in cauſa fuit, ut ſolutio pecuniaria ſubſequeretur.

in tot portiones, quot ſunt fratres, dividi debebit, filiusq; junior, ſeu frater, portionem ſibi cedentem, gratis habebit. Sed portionem cæterorũ fratrum pecuniaria ſolutione, juxta ipſius taxationis & æſtimationis ſeriem refundere, illisq; perſolvere tenebitur. Et hoc intellige, ſi filius ipſe junior tantæ ætatis fuerit, ut rebus ſuis commodè proſpicere non poſſit. Nam aliter in tali ſumptuoſo ædificio æqualis fieri debebit inter fratres diviſio. Cæterùm ſi bona, jura ejuſcemodi poſſeſſionaria, jus fœmineum æq; veluti maſculinum concernant, & patre defuncto filij filiæq; ſuperſtites manſerint, ac filiarũ altera junior ætate fuerit, tunc in tali quoq; caſu non filiæ, ſed potius filio, filiam ipſam juniorem natum immediatè præcedẽdi, tanquam digniori ſexui & perſonæ, domus paterna dabitur habitanda, ſub conditionibus tamen prædeclaratis.

HOGY AZ OK LEVELEKNEK TARTÁSA, ŐREGBIK ATTYAFIAT ILLETI.

XLII.

QUOD LITERALIA INSTRUMENTA FRATER NATU MAJOR CONSERVARE DEBEAT.

TITULUS XLII.

ET hoc idem est intelligendũ etiam de literarum, ac literalium instrumẽtorum conservatione, quòd scilicet non filiæ majori, sed filio, etiam si junior ætate fuerit, literæ, & literalia instrumenta, factum bonorum ac jurium possessionariorũ ipsorum tangentia & concernẽtia, dari debeant ad conservandũ. Quas, & quæ inter filios, seu fratres major natu conservare semper solet. Et hoc verum est, si frater ipse major natu sanæ mentis, & non furiosus vel amens extiterit, ac dissipator bonorum suorum manifestus non fuerit, vel cæteros fratres suos de bonis paternis & avitis, ac etiam suis, exhæreditare palàm non prætenderit. Nam casibus in istis, non fratri natu majori, sed alteri ex fratrib⁹, ad lineã generationis paternæ propinquiori, literæ, ac literalia instrumẽta, dari & assignari debebunt, ad retinendũ, atq; conservandum. Filiæ verò transsumptum, seu paria literarum, ac literalium instrumentorum bona, utriq; sexui deservientia, tan-

XLII. TITULUS.

EZen értelembẽ legyũnk az Ok levelek tartáſſa felől-is, hogy nem az ſ̃regbik leányra, hanem az fiúra, még ha az Nennyénél kiſſeb idő̃ vólna-is, kel az jóſzágról való ok leveleknek tartáſsát bizni. Az fiak, avagy attyafiak kőzzűl penig, az ſ̃regbik sőt az idősbik bátty okra. De azért ugy kel az ſ̃regbik bátty okra bizni, ha tiſzta eſzű leend, és ſem ſzeleſnek, ſem bolondnak, ſem penig nyilván való tekozlónak nem találtatik lennie: Avagy az tőb attyafiait nem igyekezik, az attyai és ősſi jóſzágból, ſ̃rők ſęgből ki ſzinleni. Mert effele fogyatkozáſſok miat, nem az ſ̃regbek bátty oknak, hanem máſnak, az ki attyáról leg kőzelbek bátty ok avagy attyok-fia léſzen, añak kel az ok leveleket kezébẽ ſzámlálni, és meg tartáſnak, meg maradáſnak okáért arra kel bizni. Az leányok penig affęle jóſzágról való leveleknek, mellyek mind az két ágra való jóſzágról ſzóllanának, az Orſzág birai elől máſsát vehetik, mellyet az ferfiui attyafiak-is tartoznak nékiek ki adnia. Ennek-felette ezt-is jó meg tudnunk, hogy az kit illet az leveleknek tartáſſa, azon attyafiunak kel az tőb ősei ellen való

pőrek-

põreknek-is gondgyát viſelni (kõzõnſęges kõltſęgbõl) mind addég mîg az jóſzág valóban meg nem oſzland kõzõttek.

tangentium, pro ſe, coram judicibus regni ordinariis habere poſſunt, & illis earum fratres dare tenentur. Sciendum hîc prætera, quòd illi erit omnium cauſarum, & litium, contra fratres motarum vel movendarum, infra diviſionis tempus, ſupportatio (communi tamen ſumptu) ad quem literarum ipſarum ſpectabit conſervatio.

AZ ATTYAFIAK KEreſet jóſzágának meg oſztásáról, Es az Király adománnak imez Czikkellyéről: *Per eum*, &c.

XLIII. TITULUS.

TOvábba ezt-is meg kel jedzenünk, hogy ha két avagy tõb teſt ſzerint való attyafiak, avagy egy méhbõl valók az õſſi vagy attyai jóſzágban oſztozatlanok vólnának: kiknek eggyikké Király udvárában, avagy egyéb Uraknak való ſzólgálatban, foglalta vólna magát, az máſik attyafiu peniglen, otthón az háznak gondgyát viſelne, és munkálkodnék: azomban amaz ki ſzólgálatra adta vólt magát, akar Királytól õ felſęgétõl, akar más rendbéli Urától, valami õrõkſęget és jóſzágot, jámbor ſzólgálattyával nyerhetné: és az otthón való attyafiainak neveket-is, az õ *Donatio* levelében, illyen módon belé irhatná, hogy õ általa, ugy-mond, vagy õ utánna, az tõb attya-

DE DIVISIONIbus bonorũ, per fratres acquiſitorũ, Et de clauſula Donationis: Per eum.

TITULUS XLIII.

VLterius notandum, quòd ſi duo, vel plures fuerint fratres carnales, aut etiam uterini, in bonis, & juribus poſſeſſionariis avitis, vel paternis indiviſi, quorum alter in curia Regia, vel aliorum dominorum laribus ſervitio ſe mancipaverit, Alter autem domeſticis curis & laboribus domi vacaverit, & ille ſervitio deditus bona aliqua, ſeu jura poſſeſſionaria, ab ipſa majeſtate Regia, vel aliis etiam forſitan Dominis, ſervitiorum ſuorum meritis, ita exigentibus, pro ſe impetraverit, & nomina fratrum ſuorum, domi manentiũ, clauſula cum illa: (ET PER eum, &c.) *in-*

in literis, seu Privilegiis Donationalib⁹ inscribi & inseri procuraverit: Tunc licet impetrãs ipse, ante tempus divisionis cum fratribus suis fienda, de hujusmodi bonis, per eum acquisitis & invẽtis, liberam, prout voluerit, disponendi habeat facultatem. Et hoc intellige non pro se, vel suis hæredibus, aliquo sub colore usurpãdo, aut reservando: sed à se prius realiter alienando. Tempore tamen divisionis, unusquisq; fratrũ portionem suam, de illis sibi cedentem, æquè ut impetrator ipse principalis, habere de jure potest. Jura enim possessionaria in quibuscunq; literis, seu Privilegiis Donationalibus contenta, semper in tot debent dividi partes, quot sunt personæ, vel nomina hominũ literis, in eisdem specificè denotata. Nisi forte exceptio, vel distinctio fuerit ibidem super hoc declarata. Clausula itaq; ipsa (PER EUM) *non est intelligenda, ut tantum valeat, quantum post eum: prout quidam plus sapere volentes, quàm oportet sapere, intelligendum arbitrati sunt, argu-*

attyafiaknak-is adta vólna az Vra azt az jószágot: Tehát az dolog igy lévén: noha az az szólgáló attyafiu, annak-elõtte mîg az tõb attyafiaival meg nem osztozik effele jószágot, mellyet saját szólgálattyával talált, akar kinek-is el-hadgyhat, és valamint kedve tartya el-idegenethet. De azért valami szin alatt magának, avagy az õ maradékinak meg nem tarthattya: hanem tellyességgel tõlle üresnek kel lenni. Mind-az-által, ha az osztásra kél az dolog, az tõb attyafiak-is effele nyert jószágból, szintén annyi részt vehetnek, tõrvény és igaság szerint, mint à ki találta. Mert valamely jószág felõl, avagy adomány, avagy egyéb ok levél és *Privilegium* kél, annak az jószágnak annyi részre kel oszlatni, mennyi ember nevére szólland az levél. Hanem ha azon levélben, nyilván ki választottak és ki nevesztek vólna, hogy kié legyen az jószág s-kié nem. Holot azért az levélben azt irják: és õ általa, ugy-mond, Ez Czikkelt nem ugy kel érteni, hogy annak az jószág találó attyafiának (halála után) szállyon másra, az mint egy-nehányon viszsza magyarázzák: és azt akarják ki hozni belõle, hogy, az mîg él, az ki az jószágot találta,

addég

addég az tőb attyafiak réſzt nem vehetnének belőle, hanem hólta után, az fiaival kellene oſztán megoſztani: de ennek az ő igaz értelme nem ez: Mert az oſztozotlan attyafiak, valameddég meg nem oſztoznak, mind az haſznokat, s-mind az kárt egy-aránt veſzik, ſzenvedik, és egyenlő-képpen kel tűrniök. Honnét ez-is következik, hogy ha valamely, teſt-ſzerint való attyafiaknak, avagy kik attyával, és annyával eggyek vólnának: avagy csak attyokról vólnának eggyekis, és míg meg nem oſztoztak vólna, neveket az *Donatio*ban bé nem irták vólna-is, mind-az-által, mikoron oſztozni akarandnak, mindenik attyafiu, méltán ki veheti az ő réſzét: Annak-okáért, ez czikkelyen tudni illik, Es ő általa, nem azt éresük, hogy (ő utánna) hanem ő általa, és véle egyetemben ennek és ennek: Mint ha azt mondaná: Az Király hogy ennek s-ennek az ő jámbor ſzólgálattyát, és hűſégét meg tekintvén, adta vólna ez jóſzágot, avagy falut néki és ő általa, avagy ő érette, és ő véle egyetemben máſnak-is.

arguentes & aſtruentes, inde cæteros fratres vivente principali impetratore, portionem de hujuſmodi bonis acquiſitis, & inventis habere non poſſe, ſed illa, poſt deceſſum ipſius impetrantis, cum filiis ejuſdem dividenda eſſe: quod tenendum non eſt. Fratres etenim indiviſi, infra diviſionis tempus, & lucrum, & damnum æqualiter participare, ſufferre, & tolerare debent. Hinc eſt, quòd ſi etiam nomina aliquorum fratrũ carnalium, aut uterinorum, vel etiam patruelium, diviſionem bonorum inter ſe nondum habẽtium, in literis hujuſmodi Donationalibus inſcripta non fuiſſent, tamen tempore diviſionis, portionem ſuam unuſquiſq; illorum (ut præmittitur) de jure habere poteſt: Unde per hunc terminũ, PER EUM, *&c. ſemper intellige, medio, vel per medium ejus, ſcilicet impetrãtis: quaſi diceret majeſtas Regia, conſideratione ſervitiorũ talis fidelis ſui, eidem, & medio ejus, vel propter eum, etiam alteri poſſeſſionem ſeu villam unam contulſſe.*

QUOD FRATRUM quispiam bona per se inuenta, pro se reservare voluerit.

TITULUS XLIV.

VBi tamen fratrum aliquis (cæteris corpori, & negligentiæ, desidiæq; deditis) continuè serviendo, sanguinis sui effusione, vel aliter servitiis, aut virtutib⁹ suis, bona aliqua, seu jura possessionaria quæsiverit, & cum cæteris fratrib⁹ suis illa participare noluerit: tunc si omnibus bonis, & juribus paternis renunciaverit, acquisita per se ipsum bona totaliter pro se, & hæredibus suis perpetuò reservare valebit. Unde sequitur, quòd proditio fraterni sanguinis non in acquirendis bonis, & juribus possessionariis (prout nonnulli putaverunt) sed in exhæredandis, de acquisitis, paternis scilicet & avitis bonis consistit.

HA AZ ATTYAFIAK kőzzűl valamellyik, az jószágot mellyet ő maga keresett, magának akarja tartani, medgyen.

XLIV. TITULUS.

HOgy ha peniglen valamely attya fiú láttya hogy az tőb attyafiai csak restségben, és veszteg heverésben mennek elő, ő penig vére-húllásával szólgálván, avagy egyébképpen való szólgálattyával és jóságos cselekedetivel, valami jószágot, avagy falut, találand, és az tőb attyafiaival nem akarja kőzleni: Tehát ha ő-is az attya őrőkségéből jószágából, és minden-némű jovaiból, részt nem kéván, hanem az tőb attyafiainak hadgyat: az ő maga kereste jószágát, találmányát, csak magának és maradékinak őrőkké megtarthattya. Kiből ez jő ki, hogy az vér-árúlás az attyafiak kőzőt, nem az jószágnak sáját találásá és kerességben esik meg (az mint némellyek vélik) hanem az attyai és ősi meg keresset jószágból való ki rekesztésségben és ki tudásában.

QUOD DIVISIO bonorū inter fratres carnales, non processu litis fieri debeat.

TITU-

HOGY AZ EGY TESTvér attyafiak kőzőt, az jószágosztásnak nem hoszszú perrel, kel meg lennie.

XLV.

XLV. TITULUS.

EZt-is meg tanúllyuk, hogy az vér-ſzerint való attyafiak, avagy az kik egy méhbéliek vólnának-is, ha még oſztozotlánok, nem oſztoznak perr folás által, és hoſzſzú tőrvénykezéſſel, hanem à Királytól vegyenek parãcsolatot, az Vár-megye Iſpánra, avagy Vice-Iſpánra, és ſzólgá Birákra, az mely Vár-megyében leend az jóſzág mellet meg oſztozni akarnák: Ha peniglen az az jóſzág kűlőn-kűlőn Vár-megyekbẽ léſzẽ, à Király levele ſzóllyon eggyik itélő meſternek, és illyen-képpen, avagy az Iſpánok, Birák, vagy az itélő Meſter által, minden attyai, és őſſi jóſzágokat, és valamit ő magok találtak vólná-is, mindẽ ingo bingo marhájokkal egyetemben, akar mi féle legyen, még ha az attyafiak kőzzűl valaki ellenzene-is, mind añyi réſzre oſzſzák, az mennyire leendnek az attyafiak.

Ez illyen oſztás után penig, ha valamely az attyafiak kőzzűl ezen féle jóſzágban, valami igaz és méltó okból úy oſztáſt kévánna: avagy azt hánná vetné, hogy ő nékie kiſſeb és haſzõtalamb réſz jutot, avagy hogy ő tőle el-pőrlőtték vólna az ő réſzét:

TITULUS XLV.

Sciẽdum eſt deinde, quòd diviſio inter fratres carnales, & etiam uterinos, nondum tamen diviſos, non proceſſu litis, ſed per literas duntaxat Regiæ majeſtatis Præceptoris ad comites, vel vice comites, & judices Nobilium illius comitatus, ubi bona & jura poſſeſſionaria dividenda ſita ſunt, & adjacent, ſonantes: vel ſi eadem bona in plurib⁹ comitatib⁹ habeantur, ad unum magiſtrorũ Prothonotariorum datas, & directas fieri ſolet, atq; debet, per quos vel quem univerſa bona, & qualibet jura poſſeſſionaria, paterna & avita, ac etiam per eos cõmuniter acquiſita, ſimul cum univerſis rebus mobilibus, cujuscunq; ſpeciei ſeu materiei exiſtant, contradictione alicujus ex fratrib⁹ non obſtãte, juxta numerũ perſonarũ dividi, & ab invicem ſequeſtrari ſemper poſſunt.

Facta autem ſemel inter ipſos fratres (modo antelato) diviſione, ſi quiſpiam forſitan fratrum in ejuſcemodi juribus poſſeſſionariis, aliqua ex cauſa legitima, rurſus diviſionem habere voluerit, aut portionem ſuam

minorem, vel inutiliorem cæteris esse, aut juris ordine de manib⁹ suis ablatam fuisse allegãdo: tunc divisio hoc modo non nisi processu juris, unico tamen termino octavali (si per judicem ex propositis & allegatis partium admittẽda censebitur) fieri poterit, atq; debebit. Sæpe numero enim absq; rationabili & legitima causa, secũdò divisio postulatur. Et hic articulus etiam de fratribus patruelis, nondũ divisis, est intelligẽdus.

szét: tehát illyen másod úttal való oszláshoz tőrvéñyel fęr, de oly tőrvénnyel, melynek egy octáván vége szakadgyon (ha az Biró, mind à két peres szovából meg-értendi, hogy szükseges leend az másodszor való oszlás-is). Mert gyakorta tőrténik ez, hogy oknélkül és heltenül kévánnya némely attyafiú az mászor való osztáft. Ezen *articulus* tartása szerint kel értenünk, az vér-szerint két attyafias Attyáktól való attyafiaknak is osztásokról, kik még meg nem osztoztak vólna.

QUANDO NOVA Divisio bonorum inter fratres condivisionales admittatur, & quando non.

TITULUS. XLVI.

INter fratres verò condivisionales, si aut avorũ, aut abavorum temporibus divisio in aliquibus bonis & juribus possessionariis facta fuisset, & literæ quoq; divisionales super ea re confectæ extitissent: deinceps divisio non est, admittẽda. Nisi forsitan alter fratrum, potentior cæteris evadẽs, post rectam divisionem particulam aliquam juris possessionarij, vel terri-

AZ OSZTOZO ATtyafiak kőzőt, mikor kel meg engedni, az úy osztozást, és mikor nem kel meg engedni.

XLVI. TITULUS.

EGy oszláson való attyafiak kőzőt penig, hogy ha az jobattyok, ősek és régi elejek, oszláft tőttek vólna, és erről, levél is kőlt vólna kőztek: annak utánna uyjulán való oszlás, meg nem engedtetik. Hanem ha az attyafiak kőzzül valamellyik hatalmasb kezdene leñi, és az igaz osztásnak utánna, az másik attyafia jószágának, avagy határának valami részét, darabját, hatalmasúl magának foglalna, és tulaydonitana, mellyet.

lyet réá-is bizonyithatna; Tehat mivel-hogy, az erőtlemb attyafia, az másik hatalmaſságának ellene nem állhat, az oſzláſnak meg igazitását ujulán, meg kévánná. Mert ez okon, úy oſzláſnak kel köztök lenni: Mely oſztáſt mind-az-által, hoſzſzú pörnek folyásával, vihet elő, ezt-is még ugy, ha az attya-fiú, ki az oſztáſt kévánnya, kivánságának az mint meg mondám, oly elégſęges okát adhattya. Mert ha csak erre való tekintetiben kévánná az úy oſztáſt, mivelhogy látná, hogy ő köztök avagy az attyok közöt való oſztás után, más attyafiának az ő réſze ſzerint való ſáját földön, jó plántált ſzőlői, és gyümölcsös kertei vólnának, avagy réſzét irtováñyal jobbá tötte vólna, az övé peniglen ezen közben müeletlen és irtás-nélkül marat vólna; Ez okon az úy oſzláſt, még hoſzſzú pernek folyáſával-is, ugy-mint négy *Octaván*-is, meg nem nyerheti; meg ſem engedtetik. De ha azt forgatná, hogy határának, valami réſzét, oknélkül és hatalmasúl foglalta vólna el az attyafia: Tehát effęle dologbā, holot hatalmasúl és méltatlanúl vötték vólna el jóſzágát, avagy joſzágának valami réſzét, az foglálo és hatalmas attyafiat, meg rövid törvény

territorij, alterius ſui fratris, violenter pro ſe uſurpaſſe ſeu vendicaſſe, comprobaretur, Et impotentior frater, violentiæ potentioris fratris reſiſtere non valens, æquam diviſionem ex novo poſtularet. Nam hoc caſu, diviſio ipſa de novo peragenda dinoſcitur: Longo tamen proceſſu litis, & hoc quoq; eo modo, ſi frater ipſe diviſionem poſtulans, legitimam (ut præmiſi) aſſignaverit rationem. Nam ſi conſiderans alterum, fratrem, poſt factam cum eo, vel progenitore ſuo diviſionem in terris ſibi cedentibus, vineas & promontoria plantaſſe, vel aliter frutices & virgulta extirpaſſe, ex eoq; utiliorum ſua portione, quæ fortè inculta manſit, exiſtere, & propterea diviſionem poſtulare comperi fuerit; Etiam longo litis proceſſu, hoc eſt, in quatuor terminis octavalibus, novam diviſionem bonorum conſequi non debebit. Si autem temerariè particulam aliquā juris ſui, vel territorij, alterū per fratrem occupatam fuiſſe allegaverit; tunc ſuper potentiaria hujuſmodi uſurpa-

tione bonorum suorũ, vel particulæ juris sui possessionarij, etiã insinuatione mediante, fratrem suũ juri, in causamq; convenire licitè poterit. Et hoc, si temp' præscriptionis, in actibus potẽtiarius observari consuetũ non transcẽderit, quod triginta & duob' annis allegari observariq; solet. Nam super hæreditario jure & proprietate juris possessionarij inter fratres, præscriptio nunquam est admittenda.

Præterea, si fratres aliquando per metarũ inter se erectiones, & distinctiones, divisionem fecisse, reperti fuerint, tunc divisio bonorum de cætero inter eos, & ipsorũ hæredes fieri nunquam permittitur. Hujusmodi tamen metalis distinctio & erectio, mutuam in se bonorũ devolutionem inter fratres non excludit, neq; excluſisse intelligitur.

vény folyásával, ugy-mint magyarázattal való hivatallal-is réá keresheti. De ugy keresheti meg, hogy ha effele attyafiak kőzőt való hatalmaskodás az foglaláſban az kőzönſeges hatalmaskodáſnak módgyaſzerint. Idő tőltés nem lőt, az mint ſzoktunk véle élni, ha harmintz két eſztendőt nem tőltőt, az hatalmas attyafiu az el foglalt réſzben. Mert egyéb-képpen az jóſzágnak tulaydonságára nézvén, az attyafiak kőzőrt, üdő tőltés ſoha nem lehet.

Annak-felőtte valamikor az attyafiak egyſzer ugy oſztoznak meg, hogy ki-ki meg határoztattya az ő réſzét, és ki ſzakaſztya az tőb attyafiai réſzéről, effele jóſzágban ſem ő magok, ſem maradékiok ſoha tőbbé oſzláſt nem tehetnek. De azért ha igy meg határozzák is, egy más réſzbéli jóſzágot, mind-azáltal, ne véld azt hogy ez-okon az vértől el idegenűlne az jóſzág, hanem eggyik attyafiunak réſze az máſikra ſzokot ſzállani.

QUOD UNIVERſa bona, inter fratres diviſa, altero fratrum deficiẽte, in alterũ devolvantur, etiam matrimonio interveniente.

HOGY AZ ATTYAFIak kőzőt, meg oſzlot jóſzág, ha eggyiknek magva ſzakadna, az máſikra ſzál, ha kik hazaſságra mentenek vólna-is kőzzülők.

XLVII. TITULUS

TOvábba ezt-is tanullyuk meg, hogy az attyafiak között, effele meg osztot jószág, ha valamellyiknek magva szakadna, száz, avagy két száz, és több esztendő után-is (még ez idő alat ha negyed iz után, eggyik attyafiu ág az másik attyafiu ágban házasúlt vólna-is) az több első attyafiakra, és azoknak maradékira szokot szállani. Csak hogy az élő attyafiak levelekkel bizonyithassák meg, az ő nemessegeknek igaz rendi, és lineája szerint, hogy az magtalanúl meg-hólt attyafiu, az ő nemzetségekből lőt légyen, és annak eleivel az ő elejek-is jószágokban igaz oszlás attyafiak vóltak, és azokkal vólta-képpen meg osztoztak egymással. Ha penig levelekkel fel nem érnek, emberi bizonysággal, hatvan esztendeig (de fellyeb nem) az ő nemzetségeket és attyafiuságoknak ágait meg bizonyithattyák. Kiből elsőben ez következik, hogy az oszlás után, ha valamely attyafiu, ő magának jószágot keresend, és találand, s-magtalanúl haland meg, és örökkössi nem leendnek, jószága ennek nem az egy oszlásson való attyafiakra, hanem az Királyra szál.

TITULUS XLVII.

SCiendum ulteri⁹, quòd universa hujusmodi bona, & jura possessionaria, inter fratres divisa, altero ipsorum hæredib⁹ carente, etiam post centum, ducentos, & etiam plures annos (si matrimonia quoq; post quartum generationis ipsorũ gradũ, inter eos, vel alterum eorũ celebrata fuissent) in cæteros fratres superstites, & hæredibus gaudentes devoluuntur; dum modo fratres ipsi, in humanis agentes, per rectã generationis lineam, fratrem defunctum & hæredibus destitutum, de sua vera progenie fuisse, & eũ progenitore illius, in bonis & juribus possessionariis, ab ipso derelictis, progenitores eorum divisionem habuisse, vel feciſſe valeant, literali documento comprobare. Deficientib⁹ verò literis, etiam humano testimonio ad sexaginta annorũ curricula, sed non amplius, prosapiã & genealogiæ suæ stirpem, ramumq; de jure poterunt verificare. UNDE sequitur, quòd bona & jura possessionaria, post divisionẽ inter fratres factã, per aliquem fratrũ acquisita & inventa, eodem fratre

Ezt-is acqui-

acquisitore præmortuo, & hæredibus destituto, non in fratres condivisionales derivantur, sed Fisco Regio applicantur.

Hoc quoq; necessariò interserendũ occurrit, quòd bona, & jura possessionaria, duobus aut tribꝰ personis, alienis sanguine, non fratribꝰ, nec consanguineis, per Regiam majestatem qualitercunq; Donata, aut aliter per eosdem acquisita, altero eorum decedẽte, & hæredibus carẽte, rursus ad collationem Regiam devolvũtur. Sola enim sanguinis propago, & fraternalis mutua divisio, efficit ex se mutuam & reciprocam bonorum in alterutrum condescensionem, atq; devolutionem, allegatione cujusvis præscriptionis non obstante.

Ezt-is ugyan innét meg tanulhattyuk, hogy ha az Király két vagy három embernek, kik idegenek és nem attyafiak vólnának, jószágot adna: avagy akar mi-képpen jószágot szereznének magoknak, ha valamellyik meg hall magtalanúl, annak része is-még à Királyra szál Mert csak az vér szerint való attyafiuság, és attyafiak kõzõtt egy mással való osztozás, tészi, hogy eggyik attyafiuról az másikra szállyon az jószág, melyben semmi idõ tõltés ne lehessen.

UTRUM BONA, marito & uxori simul collata deficiẽte marito, in uxorem ipsam devolvantur, & è converso?

TITULUS XLVIII.

QVoniam nonnulli Dominorum, & Nobilium, solent nomina uxorũ suarũ in literis, seu privilegiis Donationalibꝰ, super bonis & juribus possessionariis, justo titulo servitiis eorũ acquisitis conficiendis, ponere pariter

HA AZ URANAK FEleségével eggyût adgyák az jószágot, és az Urának magva szakad, az jószág az feleségére szállé? avagy viszontag az feleségéről az Urára?

XLVIII. TITULUS.

MIvel-hogy némellyek az Urak és Nemessek kõzzûl feleségek nevét szokták bé-iratni, az szólgálatyockal talált jószágról való Ok levelekben: Annakokáért, szokták másodszor-is azt kérdeni, hogy-ha az Ura magtalanul meg-halland, az õ jó-

ő jószágbéli része feleségére szállé, avagy nem? Holot az aszszony ember nem attyafia, hanem csak feleségé vólt az ő férjének: Es viszontag à feleségé-is ha magtalanul meghalland, az ő része az Urára szállé? Kire ez az felelet, hogy egygyikről az másikra szál. Mert jól-lehet az férfiat az ő feleségének, és viszontag az feleséget, az ő Urának nē mondhattyuk vér-szerént való attya fiaknak: mind-az-által az házásságban való egygyesülésért, egygyiket az masikhoz még attya-fiaknál-is közelb valóknak mondgyuk.

pariter & inserere. Ideò quæritur secundò: Utrum decedēte marito sine hæredibus, portio sua in hujusmodi juribꝰ possessionariis & bonis habita, in uxorem suam devolvatur? Cum non frater, sed consors vel uxor duntaxat mariti fuisse mulier ipsa censeatur. Et è converso: An uxore absq; hæredibus defuncta, portio sua in maritum ejus condescendat, atquè derivetur? Dicendum, quòd sic: Nam licet vir mulieri, & mulier viro non sit neq; censeatur esse frater sanguinis propagatione: carnis tamen unione, & copulatione plusquam frater esse reputatur.

Mert az házassok az *Evangelium*-szerént, egy testnek, és nem kettőnek mondatnak: Egygyik attyafiu penigh az masiktól más test. Annakokáért az házasságbéli egygyességért, az Ura jószágbéli része, az feleségére, és viszōtag az feleségé része, az Urára, az mint meg-mondok, méltán szokot szállani.

Jam enim secundùm Evāgelicam doctrinam non sunt duo, sed una caro: frater autem altera caro existit. Propter unionem itaq; & copulam carnis, portio possessionaria mariti, in uxorem suam, & è cōtra uxoris in maritū, casu in prænarrato, ritè devolvenda erit. Matt. 19. 6. Mar. 10. 8.

Itt mind-az-által vigyázni kell, hogy mikor az *Donatio*ban, avagy az Ok levélbē bé nem irják, az *utriusq; sexūs*, mind az leány és férfiu ágat, hanem csak ez czickelt nélkūl adgyák-ki: Effele jószág nem szál az leány

Hîc tamen advertendū est, quòd si in prælegata Donatione, vel literis Donationalibus, clausula utriusq; sexus, non interseratur, Sed simplici modo Donatio emanat, tunc jura- Part. 1. Tit. 22.

hujusmodi possessionaria, fæmineũ (si etiam filias ipsa mulier habeat) non sequũtur, sed masculinum duntaxat sexum concernere dinoscũtur: Ubi tamen in Donationis tenore, clausula ista adjecta & apposita fuerit, quòd videlicet, si impetratorem ipsorum bonorũ hæredib⁹ masculinis carere cõtingat: tunc eadem bona in filias suas devolvantur. Tunc ipsa bona & jura possessionaria, ubi & postquam ad manus filiarum devenerint, propter clausulam & rationem prænotatam, utriq; sexui semper deservient. Et idem est tenendum de bonis quoq; emptitiis, si nomen uxoris in literis Emptionalibus & Inscriptionalibus insertum fuerit, Quòd scilicet altera partiũ deficiente, in alterã, illo modo antelato, devolvantur.

leány ágra, még ha effele aszszoñak leányi maradnának-is, hanem csak ferfiu ágát illet az jószágh: Holot mind-az-által az *Donatio*ban ez czickelt belé irják, tudnia illik, hogy ha az embernek ferfiui magzattya nem lenne, azon jószág leányra-is réá szállyon. Tehát effele joszág ha leány kézre jutand-is, mind az két ágra szólgál, illyen okokért, az mint meg-mondám. Ezen értelemben legyünk, az võt jószágh és zálagos jószágh felől-is, hogy ha felesége nevét-is beli irják az levélben, ha egygyik meg-hal-is, az jószágh az másikra szál.

UTRUM BONA, nota infidelitatis cõdemnati, in fratrem adoptivum, Regio consensu accedente, condescendant, ?

TITULUS. XLIX.

Quia super devolutione bonorum nunc tractatur, ideò adhuc quæritur. Utrũ bona, & jura possessionaria cujuspiam ob notam infidelitatis condemnati, post factam capiti & bonis suis gratiam,

HITETLENSEGBEN esset embernek jószága, szálhaté az Király engedelméből fogadot fiura, avagy nem?

XLIX. TITULUS.

Mivel-hogy arról kezdénk szóllani, az jószág miképpen szàllyon egygyikről az másikra, azért még-is illyẽ kérdés támadhat, tudnia illik, az hitlenségben esset ember fejének és jószágának, ha az Király meg-kegyel-

gyelmez, azõ ember jószága szálhaté az fogadot attyafiára, kivel az elõt ugy végezet vólt, hogy egygyik jószág az másikra szállyon, és effele végezéſekre az Király *conſenſuſt* adot vólt nékiek, és az által jóvallotta ſzerzéſeket? Kire azt felellyük, hogy az fogadot atty afiára nem szál Mert effele fogadot attyafiuságnak ſzintén annyi ereje vagyon, mint az vér-ſzerént való attyafiak közöt való oſztozáſnak, holott egygyikről másikra ſzokot az jószág ſzállani: Ez peniglen nyilván való dolog, hogy az hitetlenſégbẽ eſet embernek jószága, ſem az elõt való fiaira, ſem peniglen vér-ſzerint való és oſzló attyafiaira, nem ſzálhat Haſonlátosképpen azért az fogadot attyafiurais, nem ſzálhat affele jószág, még ha az Király engedelméből fogadot vólna-is valakit attyáfiának. De minek elõtte Király az hitlen embernek meg nem kegyelmez. kire kellyen ezfele jószágnak ſzállani, nem ſzükſég hogy ez felõl valami kérdéſt támaſzſzunk, mert az jószág azé lõt vólna, az kinek az Király adta és ajándékozta vólna. Mert valameddig valaki az õ jószágának Uraſságában ül, addig oly vétekben eytheti magát, hogy az õ részét õrökké elveſztheti,

gratiam, in illum, cum quo ſuper devolutione bonorum ſuorũ prius fraternalem adoptionem & contractũ fecerat, & hujuſmodi cõtractui conſenſus Regi accesſerat, cõdeſcendant, an ne? Dicendum, *quòd non. Quoniã contractus ipſe vim fraternalis condiviſionalitatis in bonorum ſucceſſione tenet. Modò certum eſt, quòd talis infidelitatis nota inquinati & obfuſcati hominis bona, nec in filios ſuos, prius natos, nec etiam in fratres ejus carnales, aut cõdiviſionales deriventur. Et ideò neq; in fratrem adoptivum (ſi etiam conſenſus, ut præfertur, Regius ſuper eare fuiſſet impetratus) bona prænotata devolvuntur. Super cõdeſcenſione aut eorundem bonorũ ante collatam gratiam Regiam nulla eſt quæſtio: quia tũc ipſa bona illi ceſſiſſent, cui per Principem donata fuiſſent. Quam diu enim quiſquã dominium reale bonorum ſuorũ tenet & poſſidet, interim ſemper ea, delictis ſuis & exceſſib' ita exigentibus, perpetuò amittere poteſt, fraternali adoptione non obſtante.*

heti, az fogadot attyafiusághoz bár ne bizzék, mert az ſem menti meg, hogy jóſzága arra ſzállana.

QUID DE SVCceſſione filiarũ duorũ fratrum, in hæredes ſeorſum præfectarum, ſit ſentiendum?

TITULUS. L.

ITem ulterius quæritur. Si duo fuerint fratres carnales, aut condiviſionales, quorumuterq; (ſexui maſculino deſtituto) filias ſuas, in propriis bonis, ac juribꝰ ſuis poſſeſſionariis, ſeorſum & diverſo tempore, in hæredes maſculinos, vel etiam utrunq; ſexum per Principem præfici & creari procuraverit, neutro fratrũ hujuſmodi præfectionem alteriꝰ impugnante, utrum deficiẽtibus filiabus, vel hæredibꝰ, aut poſteritatibus unius fratris, bona & jura ipſarũ poſſeſſionaria, in filias vel poſteritates alteriꝰ fratris ſuperextantis, devolvãtur ratione conſanguinitatis earum, vel in Regium Fiſcũ condeſcendant? Dicendum, Quòd Regio Fiſco erunt applicanda. Quoniam ille non ſucceſſionis, vel conſanguinitatis jure,

MINT SZALLYON AZ jóſzág két attyafiunak leányiról egy máſra, kiket kũlõn kũlõn időben tõtték vólna firfiu ágá?

L. TITULUS.

TOvábba ezt-is kérdhetik, hogyha két vér-ſzerént való oſzlo attyafiu leiend, kik nyilván láttyák, hogy õ nékiek firfiu magzattyok nincsen, s-ez okon õrõkſégekben és jóſzágokban az õ leányokat kũlõn kũlõn üdõben, firfiu ága, avagy penig mind az két ága, tétetnek az Királlyal, s-ezen mind ketten meg-alkunnánk, hogy egygyik ſe ellenzené ez dologtól az máſik attyafiat, hogy-ha egygyik attyafiu leányinak magva ſzakadna, és ſemmi õrõkkeſſe nem maradna, az máſik attyafiunak penig leányi maradéki élnének; az magva-ſzakkatnak jóſzága, az õ attyáfiuſágokra képeſt, az máſikra ſzállanaé, avagy penig Királyra ſzakadna? Kire ezt felellyük, hogy Királyra ſzál. Mert az magva ſzakat attyafiu immáron nem vér-ſzerént kezdette birni az jóſzágot, hanem arról el-menvén az *præfectio*hoz, az

õ leá-

ő leányinak firſiu ága való tételéhez ragaſzkodot vólt, és az után birta. Az leány ágnak penig firfiu ága való tételének annyi tulaydonsága és ereje vagyon, mint az *Donatio*nak, és elsŏ adomáñak: itt peniglen nem eg'ſzer s-mind adtak, az leány ágnak az jóſzágot, hanem kűlŏn kűlŏn és kűlŏmb üdőben; és ez okon kŏvetkezik hogy ez-fęle jóſzág az Királyra ſzál. Mint ſzintén mikor az attyafiak kŏzŏt való oſzlás után-is, mikor egygyik attyafiunak jóſzágot ád az Király, és az máſik egy oſzláſſon való attyafiának nevét az levélben bé nem irattya, ſzokot az dolog ugy eſni, hogy ha meg-hal az attyafiu, ki újontában találta vólt az jóſzágot, az oſztás után, azon jóſzág nem az vele meg-oſztozot attyafiára ſzál, hanem à Királyra, ſzabad lévén véle valakinek ő Felſęge ádni akarja.

jure, ſed prafectionis virtute, bona ipſa adepta fuiſſe dinoſcũtur. Præfectio autem vim, naturãq; Donationis repræſentare dinoſcitur, & ejuſcemodi Donatio ſeorſim, & non cõjunctim facta fuiſſe reperitur, ideò tanquã inter alienas perſonas, diviſim, & diverſo tempore facta reputantur, & per conſequens in Fiſcum Regium derivantur: prout in Donationibus quoq; fratrũ carnalium poſt diviſionem impetrãdis (ſi nomen alteri⁹ fratris diviſi non interſeratur) fieri conſuevit, quòd ſcilicet deficiente fratre impetratore, bona poſt diviſionem obtenta, non in fratrem ſupervivẽtem, cum quo diviſus fuerat, condeſcendant: ſed collationi Regiæ majeſtatis ſubjaceãt.

AZ ATTYAK ES AZ FIAK kŏzŏt való jóſzág oſztáſról, és az attyának fiain való méltóságról.

LI. TITVLVS.

TOvábba, jóllehet az attya és az fiu kŏzŏt az jóſzag hogy megoſztaſſęk, nem mindenkor engedtetik: Mind-az-által eſik oly dologgyakorta,

DE DIVISIONE Bonorũ inter fratres & filios eorum, & de paterna, ſeu patria poteſtate.

TITVLVS LI.

SCiendum deinde eſt, quòd quamvis inter patrem & filium diviſio bonorũ non ſemper admittatur, ſunt tamen multi

casus, in quibus (si etiam filius nollet) pater sui enim ad divisionem peragendam compellere potest: & è converso, si videlicet pater nollet, filius nihilominus divisionem bonorũ cum patre peragendi habet authoritatem. Sed antequam isti casus declarentur, necessarium videtur scire, qualem, & quot modis habeant patres in filios suos potestatem.

UBI NOTANDUM, *quòd omnes filij, & filiæ parentum legitimæ, & illegitimæ ætatis, non emancipati, hoc est à patria servitute non liberati, infra tempus emancipationis, seu liberationis: quæ juxta cõsuetudinem patriæ nostræ ex parte filiorum, per solam bonorum, & jurium possessionariorũ cum patre divisionem, Ex parte verò filiarũ per earum desponsationem, & nuptiarum solennitatem, seu matrimonij consumationem fieri consuevit, in patria potestate consistant. Qui ergò ex te, & uxore tua nascuntur, quamdiu emancipati non fuerint, in tua potestate erunt: Et non solum illi, verùm etiam nepotes tui, hoc*

korta, hogy (ha az fiu nem akarna-is) az attya kénszeritheti, hogy véle meg-osztozzék: Es viszontag, ha az attya nem akarna-is, mind-az-által az fiu véle meg-osztozhatik. De minek-elõtte ez-fęle dolgokról szóllyunk, szũksęg meg-értenünk, az attyáknak hány-fęle és minémũ méltóságok hatalmok legyen az fiakon.

HOLOT eszünkben kel vennünk, hogy minden fiak és leányok, ha az õ tõrvény-szerint való ũdejeket elérték, avagy nem érték vólna-is, az õ szülejeknek birtokokban hatalmokban vadnak, mind addig az mîg az attyoknak birodalmából meg nem szabadúlnak. Ez Országnak szokása-szerint penig az fiak attyoknak birodalmából, az jószágnak felosztása által szabadulnak ki: az leányok penig, az õ ki házasitáskort, és haza adássok által. Az kik azért te tõlled, és feleségedtõl származnak, mîglen az te birodalmodból meg nem szabadúlnak, à te birtokodban vadnak: Sõt nem csak ezek, de még à te unokaid-is, ugymint az ollyan fiak, kik à te birtokodból ki nem szabadúlt fiadtól nemzettetnek, az õ attyok-

attyokkal az fia is egyetemben à te méltóságod alat vadnak. De azok à kik az te leányodtól születtettenek, az te hatalmodban nincsenek, hanem Attyok avagy Job attyok hatalmában léfznek: akar Nemes, akar Nemtelen lőt légyẽ az attyok. Mert az fiak nem az annyoknak hanem az attyoknak nemzetségét követik. Es innét vagyon ez-is hogy az nemes annyától, és nemtelen attyától valókat, az igaz nemeſſek köziben nem fzokták fzámlálni.

AZ ATTYAI méltoságoknak, ELső ez, hogy az fiu valameddig az attya hatalma alatt léfzen, attya akarattya és hire nélkül, az attyának fem ingo bingo, fem penig álló marhajából, jószágából, femmit pénzen el nem adhat, fem egyéb-képpen el nem idegenithet, fem penigh afféléről máſſal femminémü tokmát nem indithat, s-nem tehet.

MASODIK, hogy az attyák, az ő fiokat, még ha jól fel-ſerdültek-is idejek fzerént, vétkekért meg verhetik, meg dorgálhattyák: sőt ha nagyob vétek miat megh érdemlik, még meg-is tömlöczezhetik őket.

HARMADSZOR, hogy fzükſégek koron az attyok-fioknak terhét magohoc eſt filij, qui ex tuo filio non emancipato generantur, in tua pariter poteſtate manebũt. Qui tamen ex filia tua naſcuntur, illi non in tua, ſed patris, vel avi eorum poteſtate erunt: ſive Pater nobilis, ſive ignobilis exiſtat, quia filij non matris, ſed patris familiam ſequuntur. Et inde eſt, quòd ex nobili matre, & ignobili patre generati, inter veros nobiles non computentur. Part. 1. Tit. 7. & 22.

PATERNARUM itaq; poteſtatum PRIMA eſt, quòd filius, quamdiu in poteſtate patris erit, de bonis paternis mobilibus, & immobilibus, invito & non conſentiente patre, nil quicquam vendere, vel aliter alienare, neq; etiam contractum ſuper his, cum aliquo facere, aut inire poteſt.

SECUNDA, quòd patres, filios ſuos, etiam legitimæ ætatis, ipſorum de meritis interdum exigentibus, caſtigare & corripere, immò, ſi exceſſus, & flagitiorum qualitas expoſtulaverit, incarcerare etiam poſſunt.

TERTIO, quòd neceſſitate rationabili ingruente, patres onera

nera filiorũ ſuſcipere, ac ſuper ſe levare, & ſæpè etiam bona ipſorum, nondum tamen diviſorum, in extremæ neceſſitatis caſu, vendere & alienare poſſunt, prout declarabitur infra.

Part. 1. Tit. 59. & 60.

QUARTO, *quòd invitò patre, filium ſuum apud ſe retinere poteſt nemo.*

QUINTO, *quòd pater, poteſt, filium ſuum obſidem pro ſe ponere; ſed non è converſo.*

SEXTO, *quòd filij non poſſunt teſtari quicquam de mobilibus paternis, niſi quantum patres eorũ admiſerint: Quia teſtamentum ex libero teſtantis arbitrio debet procedere. Tales verò filij, non in eorum, ſed aliorum, videlicet patrum, conſiſtunt poteſtate. Secus tamen eſt, de rebus per filios, propriis eorum ſervitiis, vel literariis diſciplinis acquiſitis. Super illis namq́, etiam præter voluntatem patris, liberè teſtari poſſunt.*

Part. 1. Tit. 5.

magokra vehetik, és felelhetnek felõlek, és gyakorta még jóſzágokatis (de az oſztozáſnak elõtte) utólsó ſzũkſęgeknek idején el-adhattják és el idegenithetik, az mint effelõl oda aláb bõſęgesben ſzóllunk.

NEGYEDSZER, hogy az attya akarattya ellen ſenki az õ fiát nálla meg nem tarthattya.

ÕTÕDSZER, hogy az attya kiválthattya magát az fián, de az fiu az attyát õ magáért fogságban nem adhattya.

HATODSZOR, hogy az fiak, az attyok ingo bingo marhaiból, teſtamentomban ſemmit el nem hadgyhatnak, hanem az meñyiben az attyok meg engedi. Mert az teſtamentum tételnek, azoknak kik cselekeſzik, ſzabad akarattyokból, birtokokból kel ſzármazni. Effęle fiak penig még nem ſzabadok magokkal, mert az attyok birtokában vadnak. De azért kũlõmb értelmũnk legyen, à fiaknak marhájokról, mellyeket ſáját ſzólgálattyokkal, avagy penig deáki tudományokkal találtanak. Mert affęlekrõl, még az attyok akarattyok ellen-is ſzabadon teſtamentomot tehetnek.

MICSODA OKKAL kénszeritheti az attya az fiát, hogy véle meg-osztozék.

LII. TITULUS.

TOvábba ezt-is meg értsük, hogy az attya az fel nőtt fiát, ki immár törvény-szerint való idejét el érte: de nem az neveletlent, ez ide alá meg-irt okokért az örökségnek, és egyéb marháknak meg-osztására kénszeritheti: mind-azon által azon jókból örökkétlenne nem teheti.

ELSŐ, ha az fiu hatalmasúl szüleire támad, avagy nagy és nyilván való boszszúsággal illeti.

MASODIK, ha az szüleit főben járó vétkekkel vádollya, oly dologban, mely az Fejedelemnek avagy az Országnak veszedelmére nem volna.

HARMADIK, ha szüleinek életek ellen incselkednék, méreggel vagy egyéb módon való gonosz tanácsból, halálokra járván.

NEGYEDIK, ha latrokkal, és tisztátalan életü rosz emberekkel társalkodik, az attya akarattya nélkül, és az fejékkel költi és emészti latrúl attya jóvait.

CASUS IN QVIbus pater potest filiū ad bonorum divisionem compellere.

TITULUS LII.

ITem ulterius sciendum, quòd pater potest filium suū puberem, atq; legitimæ ætatis: sed non impuberem, in casib' infra scriptis, ad divisionem hæreditatum, & aliarum rerum, compellere: non tamen potest de illis eum exhæreditare.

PRIMO, *si filius in parentes manus violentas injecerit, vel aliam gravem & notabilem injuriam eis intulerit.*

SECUNDO, *si parentes criminaliter accusaverit de tali causa, quæ in perniciem Principis, vel reipublicæ totius regni non vergit.*

TERTIO, *si vitæ parentum insidiatus fuerit, veneno scilicet vel alio modo in necem parentum conspirando.*

QVARTO, *cum maleficis, vel aliis nephandæ vitæ hominibus, contra volūtatem patris perseveraverit, bona paterna pravè consumendo.*

QVINTO, *si parentem captum, de manibus inimicorum, vel de carcere, cum potuerit, non redemit, neq; liberavit, vel pro eo fide jubere recusavit.*

ÖTÖDIK, ha az attya ellenségnek kezéből, fogságából, és à tömlöczből mikor ki szerezhetné, ki nem válttya, ki nem szabadittya, és felőle nem felelvén kezességet érette fel nem veszen.

DE CASIBUS, IN quibus è contrario filius cum patre divisionem facere potest.

TITULUS LIII.

E Contrario verò, filius (etiã in potestate paterna cõstitutus) patrem suũ in casib⁹ subnotatis, ad bonorũ, & rerũ divisionem faciẽdã cogẽdi & inducẽdi habet authoritatẽ, præmissa patria potestate non obstãte.

PRIMO, quando pater dilapidator bonorum, suorum extiterit, & bona sua, ac filiorum suorum non ex necessitate, & causa rationabili, sed per fraudem potius alienavit, vel alienare manifestè prætendit, & de hujusmodi voluntate sua filio evidenter constabit.

SECUNDO, si quando hæreditates, & jura sua possessionaria, licet nõ alienavit, nec alienare intẽdat: tamen ea non debitè

VISZONTAG MI OKkal kénszeritheti az fiu az attyát, hogy véle megosztozzék.

LIII. TITULUS.

VIszõtag peniglen, ez ide alá megirt okokból, az fiu-is (még ha az attya hatalmában vólna-is) az ő attyát jószágának és marhajának megosztására, kénszeritheti, és az attyai hatalom az oszláſnak ellene nem álhat.

ELŐSZŐR, mikoron az attya, az ő jovait tékozolni kezdi, és mind ő maga, s-mind fiai, jószágát, nem szükséges okokért, hanem helytelen helyre álnakúl kezdi vesztegetni, szánszándékkal el-is akarja idegeniteni az fiatol, az fiu penig, az attyának effele igyekezetinek végére mehet.

MASODSOR, mikor örökségét és jószágát el nem idegenitene-is, sem el idegeniteni igyekeznék: mind-az által nem elegedendő-képpen mũ-

elteti,

élteti, avagy óltalmazza, sőt el-hadgya pusztulni.

HARMADSZOR, ha az attya az fiát méltó ok nélkűl, és nyilván való vétek nélkűl, kegyetlenűl meg veri, meg-kinza.

NEGYEDZSER, mikor az attya nem akarja, hogy az fia emberkor már érvén-is, meg-házasullyon.

ŐTŐDSZŐR, mikoron az attya az fiát ketelenitene, valami gonoszságra és szarvas vétekre.

Es noha azért, az mint az előt-is meg-mondám, az fiu az attyát halálra nem vádolhattya, mind-azonáltal ha gonoszra intene az fiát (mivel-hogy ISTENNEK kel inkáb, hogy sem mint szűleinknek engedni) és az fia ezt értvén, nem hogy vádolna az attyát, és halálra keresne, hanem inkáb meg-szánván fogyatkozását, tiszteséges intésekkel indicsa és erőltesse az jószágnak meg-osztására.

DE ez okokból való osztáft, éresed mindenkoron az őstől marád jószágban, és ingo bingo marhában, és nem affélében kit az attya sáját szólgalattyával talált vólna. Mert ha az attya kénszeriti az fiát az osztozásra,

debitè colit aut custodit, sed desolari permittit.

TERTIO, si pater filium sine justa causa, & sine notabili culpa, impiè & crudeliter corripit.

QVARTO, quando pater filium post perfectum tempus legitimæ ætatis, matrimonium contrahere vetat.

QVINTO, quando pater cogeret filium suum ad peccandum.

Quamvis autem filius patrem criminaliter accusare (prout immediatè prænarratũ est) non valeat: tamen hoc casu (Deo enim magis quam parẽtibus obediendũ est) poterit filꝰ, honestis conditionibus, patrem ad divisionem bonorum faciendam, non accusando, vel criminaliter contra eum agendo: sed potius errori, & defectui illius compatiendo, provocare & inducere, atq; etiam compellere.

DIVISIONEM *autem prædeclaratam bonorũ & rerum, propter præmissos casus fiẽdam, intellige semper de bonis & juribus possessionariis, atq; rebus mobilibꝰ avitis, & non propriis*

servitiis vel virtutibus patris acquisitis. Nam si pater ob causas & rationes præscriptas coëgerit filium suum ad divisionem: tunc de bonis & hæreditatibus, seu juribus possessionariis, atq; rebus mobilibus, per eum qualitercunq; conquisitis, & inventis, divisionem cum filio facere non tenetur. Verùm si cessantibus præmissis causis, divisio inter Patrem & filium facta subsecutaq; fuerit: tunc indifferenter de omnibus bonis & rebus, inter eos divisio fieri debebit. Quoniam pater filio, & è contra filius patri, quicquid rerũ & bonorum poterit acquirere, jure naturali tenetur.

záſra, az meg-irt okokért, tehát affęle jókból, örökſegből és ingo bingo marhákból, kit ő maga ſzerzet és talált vólna, nem tartozik az fiával meg-oſztozni. De ha ez meg-irt okokon kivűl indúltatik és léſzen az attya és az fia közőt az oſztás: tehát egy-aránt minden fęle jóſzágnak, marhának kel köztök fel-oſzlani. Mert az attya az fiának, és viſzontag az fiú az attyának, terméſzet-ſzerint, tartozik egy-máſnak kereſni, és azt egy-máſſal közleni, akar mi marhát, jóſzágot találhat.

ADHUC DE UNO caſu diviſionis, & de bonis, filium jure materno concernentibus.

TITULUS LIV.

SCiendum etiã est, quòd postquam filius, annuente patre legitimã duxerit uxorem, (non obstantibus prænarratis casib⁹) poterit patrem suũ semper (ritè tamen & legitimè) ad diviſionem in omnem evẽtum cogere, ubi æqualiter de utriuſq;, patris videlicet & filij, bonis ac rebus diviſio peragenda erit. Verum-

AZ OSZTASNAK még-is egy fő okáról: Es affęle jóſzágról, mely az fiut annya után illet.

LIV. TITULUS.

EZt-is tudni kel, hogy minek-utánna az fiú, az attya akarattyából, törvény feleſęget véſzen magának (az fellyűl meg-mondot okok ellene nem álván) tehát az édes attyát (jó módgyával és törvény után) az oſztáſra mindenkoron és minden módon erőltetheti, holot egy-aránt mind az kettőnek, ugy-mint az attyai mind penig az fia javaiban és jóſzági-

ſzágiban oſzláſt kel tenni. De ha az fiunak kůlőn való őrőkſęge és jóſzága leend, mely az annyáról csak őtet illetné, ſem az annya éltében, ſem hólta után, ez illyen jóſzágot, nem tartozik meg-oſztani az attyával. Mert effęle jóſzág, csak az añyáról, és nem az attyáról való nemzetſęg után jár, az mint ezt akar ki-is nyilván eſzében veheti.

Verumtamen ſi filius habuerit patrimonia, ac jura poſſeſſionaria ſeparata, quæ ſibi jure materno provenerunt, ſive vivẽte, ſive decedente matre, ejuſmodi bona cum patre dividere non tenetur. Quia in ea parte matris ſolum, & non patris familiam bona illa ſequũtur, prout manifeſtè ratio quoq; ſola dictat.

HOGY AZ BALGATAG és nem tiſzta eſzű fiak, mindenkor az ő attyok birtokában vadnak.

LV. TITULUS.

EZt ſem kel el-feleytenűnk, hogy az balgatag, kaba, és nem tiſzta eſzű fiak, mivel-hogy nem mondhattyuk, hogy oly időt érhetnének, melyben az jót az gonoſztól megtudnák válaſztani, és tőkélletes emberſęgben lehetnének, annak-okáért, az ő attyok hatalmából, és kezei alól ſoha ki nem ſzabadúlnak. Melyért effęléket az ő ſzűlejek minden igaz és tiſzteſſęges dologra kételenithetik és kénſzerithetik. Sőt męg az illyen fiaknak jóſzágát is nyilván való ſzűkſęgnek okáért az attya el-is idegenitheti. Mind az-ál-

tal

DE FILIIS FURIOSIS, & mente captis, quod ſemper in patria poteſtate conſiſtant.

TITULUS LV.

NEc hoc prætermittendũ eſt, quòd filij furioſi, amentes, ac mente capti, quia nunquã ad annos diſcretionis & perfectæ ætatis perveniſſe exiſtimantur, ideò nunquã de patria poteſtate liberantur. Unde parentes eorũ poſſunt ipſos ad omnia juſta & honeſta obligare, Bona etiam illorũ in caſu manifeſtæ neceſſitatis alienare. Attamen ipſi quoq; tenẽtur de victu & amictu condecẽter illis providere. Idem eſt intelligendum (patre defuncto) etiam de fratribus

 ipſorum

ipsorum furiosorum, Quod scilicet frater eorum, sanæ mentis, inter alios ætate grandior, curam eorundem furiosorum & amentium tanquam pater supportabit.

tal az attyák-is tartoznak véle, hogy táplálásokra és tiszteſſęges ruházattyokra gondot-viſellyenek. Ha penig az Attyok meg-halna, annak gond-viſeléſe ſzál az fiai kőzőt az nagygyobbikra, tudni-illik, hogy az ki tudősb és eſzeſſeb az fiai kőzőt, az viſellyen gondot az balgattag és eſzelyős attyafira, mint egy attya.

QVOT MODIS ceſſet & tollatur paterna poteſtas?

TITULUS. LVI.

QVamvis autem filij, de poteſtate paterna, per diviſionem bonorum (prout prænotatum eſt) eliberari & mancipari ſoleant: tamen ſunt aliqui caſus, in quib⁹ etiam aliter ceſſat, & tollitur patria poteſtas.

PRIMO, per mortem patris, ſine teſtamento decedētis, Si videlicet tutores teſtamētarios filio illegitimæ ætatis non ſubſtituit: & hoc ſi pater ipſe jam ſui juris fuerat, & in poteſtate patris ſui non erat. Nam hoc modo filius in poteſtatem avi ſui reincidere debebit.

Part. 1. Tit. 16.

SECUNDO, aufertur patria poteſtas, ſi pater ob aliquod crimen

HANY-KEPPEN SZABADÚLLYON meg az fiú az attya hatalmából?

LVI. TITULUS.

JOl-lehet az fiak az attyai hatalmából, ki menekednek, mihelt egymáſſal meg-oſztoznak (az mint az elől-is meg mondók) mind-az-által több okokból is, és más módgyával-is az attyai hatalom az fiakon megſzokot ſzűnni.

ELSŐBEN, mikor az attyok *teſtamentom* nélkűl meg-hal, és nevelet-len fiának *teſtamentomában* tutort nem hagyand: De ezt-is igy, ha effęle attya-is magával ſzabad vólt, és ha immár ő-is az ő attya birtokából ki kőlt vólt. Mert illyen-képpen az fiú az Job attya birtoka alá ſzokot maradni.

MASODSZOR, ha az attya hitlenſęgért, avagy egyéb ſzarvas vétekért

jóſzágát

jószágát el-veszti, és ez-okon fején maradand. Mert az mint hogy ezfele hitetlenség miat, mind fiaitól, és attyafiaitól, illyen hitetlen ember el-szakad: azon-képpen, az attyai méltóság-is mindgyárt el-veszti, és kétség nélkül semmive tészi.

crimen infidelitatis, vel alios enormes excessus, hæreditate bonorum, & juriũ suorum possessionariorum privabitur, ac ad capitalem quoq; sententiam, per hoc condemnabitur. Nam sicut à mutua & reciproca bonorum successione, per hujusmodi notam, seu criminis pœnam, tam de filiis, quam fratribus decidisse, ita etiam patria potestas sublata, & extincta esse comprobabitur atq; verificabitur.

HARMADSZOR, ha az attya ellenség kezében, és fogságában esendik: Mert az ki fogságban esik, máson annak hatalma nem-lehet: mivel-hogy mîg fogságában vagyõ addig õ magával sem szabad. Ha penig meg-szabadúl, és háza jõhet, az õ attyai méltósága, és hatalma ismét helyére állapodik.

TERTIO, cessat paterna potestas, si pater in manus hostiles & captivitatem inciderit. Nam qui captus est, alium in potestate sua habere non potest. Quia tunc sui juris non est: & hoc quamdiu in captivitate manebit. Nam post ejus eliberationem atquè reversionem, paterna potestas instaurabitur, & revivisset.

DE TERTIA PARTE JURIUM & Conſuetudinum Regni, in generali.

TITVLVS I.

ABſolutis, auxiliante Deo, ſuperius judiciarijs proceſſibus, & ſententiarum ſpeciebus atq; diverſitatibus curiæ Regiæ, in hac jam tertia & ultima parte hujus opuſculi, ſupereſt tractare de litium & cauſarum, in ipſam curiam Regiam, per viam appellationis deducendarum atq; transmittendarum ſeriebus. Et conſequenter Regnorum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ, atq; Tranſylvaniæ, ſacræ videlicet Coronæ Regni hujus Hungariæ, dudum ſubjectorum & incorporatorum conſuetudinibus, à noſtra lege parumper diſtantibus atq; diſcrepantibus: de quibus plurimæ cauſæ, poſt finalem earum deciſionem, in dictam Regiam curiam, maturioris reviſionis & evidentioris diſcuſſionis gratia tranſmitti conſueverunt. Liberarum quoq; Ci-

vitatum legibus, & de impensionis judicij, ex parte colonorum & rusticorum nostrorum fieri consueti, prout in titulis subsequentibus patebit.

tőrvényéről, és az mi jobbágyink és Poraink felől szodot tőrvénnek s-ki szolgáltatásának módgyáról, mint az ide alá kővetkezendő Tituluſokban rend-szerint meg léſzen irva.

VTRVM QUILIbet Populus, vel Comitatus, vel Civitas, possit per se condere statuta.

TITVLVS. II.

QVia Leges & dudum approbatæ cõsuetudines prædictorum Regnorum Dalmatiæ Croatiæ, Sclavoniæ & Transylvaniæ, certis in terminis & articulis à nostræ patriæ, Regni scilicet hujus Hungariæ legibus & consuetudinibus discrepare: nonnulli etiam Comitatus distinctim ac separatim ab alijs Comitatibus, imò etiam ab ipsa curia Regia, certas consuetudines, utcunq; inductas, loco legum observare videntur. Ideò quæritur: Utrum quilibet populus vel Comitat⁹, aut quælibet Civitas, possit per se & seorsim facere statuta? Dicendũ quod nullus populus & nulla universitas potest condere statuta,

Vide in fine 3. Par. post cõfirmationis Conclusionem.

HOGY-HA MINDEN Nép, avagy Vár-megyé, vagy Város, ő magától szerezheté szerzést, avagy nem?

II. TITVLVS.

MIvel-hogy az meg-nevezet Országoknak, ugy mint Horváth Országnak, Tótt Országnak és Erdélynek az ő meg regzet tőrvénye bizonyos réſzben és Czikkellyekben, az mi hazánknak, tudni-illik, Magyar Országnak az ő tőrvényétől és szokásától kűlőmbez: sőt némely Vár-megyék sokkal kűlőmb szokáſſal (akar mint vették legyen fel) ugy mint sayját tőrvényekkel élnek, és kűlőmbőznek az tőb Vár-megyéktől, de még az Király Udvara tőrvénytől-is. Ez-okáért kérdés támad itt, ha minden nép avagy Vár-megye avagy minden Város ő magától szerezheté ő magának való végezést? Erre azt felellyük, hogy semmi nép és semmi kőſſég szerzést nem szerezhet ő magától, valamelynek tulay-

tulaydon birodalma nincsen, hanem más Urasága alat vagyon: hanem az ő Fejedelme és előtte járója engedelméből, szerezhet ollyat, ki sem ISTEN törvénnek, sem emberi törvéñek ellene nincs. De még ugy hogy-ha az szerzésben valami hamisság, és az idvősségnekellene való dolog ne essék, se penig más ember igasságának nyilván való ártalmára ne legyen, se véle ne ellękezék.

Ez okon jóllehet az Dalmatak, Horvátok, Tótok és Erdélyiek, az Diunak és birságoknak fizetésęben, és egyéb bizonyos pereknek follyásában-is, az terminusokon, az az Országok törvényének idejekbē (mint ide aláb nyilvábban meg mōdgyuk) némely szokásokban az mi törvénnyünktől külömböznek, kire szabadságok-is vagyon: és ő magok kőzt mostan-is, ez fęle régi szokásokhoz valami hasonló végezést az Fejedelem engedelméből szerezhetnek és végezhetnek: Mind-az-által ez Magyar Országnak kőzönsęges Decretoma és szerzése törvénye ellen, és az jószág dolga felől az Király Udvarában, az Ország Birai az minémű törvént és *sententiát*, ki mondanak, és ki szolgáltatnak, az ellen-is semmit nem szerezhetnek, az

ta, quæ non habet jurisditionem propriam, sed alteri subest dominio: nisi cum consensu sui superioris: Et hoc quoq; in casibus, qui juri Divino & humano præjudicari non dinoscitur. Ita quod statuta ipsa iniquum aliquid salutiq; contrarium non Part: 3. Tit. 6. & 7. *contineant, neq; juribus aliorum palàm derogare, præjudicium q inferre videantur.*

Unde licet Dalmatini, Croatienses Sclavonienses & Transylvanienses in Homagiorū & Birsagiorum solutionibus, aliisq; certis causarum processibus & terminorum observationibus (sicuti infra clarius dicetur) alia & alia consuetudine, à nostra longè discrepante utantur, utendiq; & fruendi habeant authoritatem, & inter se modo quoq; illis simile aliquid de consensu Principis statuêre & ordinare possint. Contra tamen generalia statuta & Decreta Regni hujus Hungariæ, & contra judicia, judiciariasq; deliberationes, super facto bonorum & jurium' possessionariorum, in curia Regia per judices ordinarios administrari solita,

celebrariq́, & pronunciari consuetas, nil quicquam constituere possunt, nullamq́ statuendi habent facultatem.

Et in hujus documentum atq́ signum universæ causæ, super facto jurium possessionariorum, in medio eorũ motæ, finitis inibi causis in curiam Regiam, tanquam scilicet locum interrogatorium, [a] *gratia sanioris & maturioris revisionis, examinationisq́ & discussionis* [b] *transmitti consueverunt. Ubi quicquid deliberatũ & conclusum fuerit, ratum semper erit atq́ firmũ, Banali, vel Waywodali deliberatione non obstante. Sic etiam in diversis Comitatibus diversas constitutiones, super agrorum, pratorum, sylvarum & fluviorum custodia, vel molendinorũ statu atq́ proventibus & aliis ejuscemodi rebus: Immò & terminorũ ac processuum observationibus, ut scilicet hîc breviori & ibi longiori processu, causa in sede judiciaria Comitatus, coram Comite parochiali mota, terminetur, sana inter sese deliberatione prahabita, facere quidem & stabi-*

a Part 3. Tit. 6.

b Causæ cur transmittantur:

az ellene való végezésre-is, nincs semmi hatalmok.

Mely dolognak bizonyságára és jegyére minden pőreket, kik ő kőztők jószág dolgából támadnak, minek utánna azt véghez viszik, megis az Király Udvarában, ugy-mint kérdő helyre, jobban meg-látásnak és kérdésnek okáért el szoktak bocsátania, holot valamint itilik-meg és valamiben hadgyák, csak abban kel meg-maradni, akar mit itilt legyen az előt felőle az Ban avagy az Wayda. Azonképpen kűlőmb-kűlőmb Vár-megyékben, kűlőmb-kűlőmb szerzéseket tehetnek, Mezőnek, réteknek, Erdőknek, folyó Vizeknek, őrizésséről, és Molnoknak állapattyáról, és jővedelméről, és egyéb effele dolgokról. Sőt törvénnek idejének-is és follyásának meg-tartásiban, tudni illik, hogy egygyik Vár-megye rővidgyeb, és az másik hoszszab follyással végezhesse el az pőrt, az ő székin az Vár-megye Ispánya előt, ő kőztők egyenlő akarattal, és jó tanácsból vegezést tehetnek. De maga ugy hogy az egész Ország *Decret*ománák, és az Király Udvarába régi és meg-rőgzőt szokásá-

kásának (mellyel az tőrvényben szokot elni) affele szerzés soha ellene ne essék. Továbba effele szerzések csak ő köztők erősek, és csak ő magokra szólnak. Mert egyéb kűvűl való személyeket és egyéb Vármegyebéli Nemesseket, kiknek ő köztők örökségek nincsen, az fele végezessek bé nem foglallyák, és semmire őket nem kenszerithetik. Ezen modon szabad városok-is, és minden tartomány, sőt még az Aros rend és Kalmárok-is, Szabok, Szőcsők, Vargák, Timárok, és egyéb műves emberek az ő Céhekben, és önnön köz ők szerzéseket szerezhetnek, az Fejedelem engedelméből: Csak hogy effele szerzés igaz és tiszteséges legyen és más embernek avagy más szabadságának és igasságának ellene és fogyatkozására ne legyen. Mely szerzésnek az mint fellyűl-is meg-mondók, csak önnön köztők vagyon erejek.

Effele szerzést penig az Népnek nagyob és méltoságosb fele rendelhet, és erejében-is hagyhat, mert ezen kivűl-is nem mondhattyuk közönséges szerzésnek. Ha penig ez illyen

stabilire possunt. Generale tamen decreto totius Regni atq; vetustæ & approbatæ consuetudini curiæ Regiæ, in judiciis observari (ut præmittitur) solita præjudicare ac derogare nusquam possunt. Et hujusmodi eorum statuta solummodo inter eos & in eorum medio valent atq; tenent. Ad exteros tamen, & aliorũ comitatuum Nobiles, qui bona & jura possessionaria in ipsorum medio non habent, se non extendunt. Et hoc modo civitates quoq; liberæ, nec non mercatores ac institores, Sartores, Pellifices, Sutores, Cerdones, & alij opifices in ipsorum collegio & inter sese statuta condere possunt, consensu Principis accedente: Dummodo hujusmodi statuta justa & honesta fiantaliisq; & aliorum libertatibus ac juribus damnũ & præjudicium non inferant. Quæ sicuti præfertur, in eorum duntaxat medio valent atq; durant.

Debeant autem ejuscemodi constitutiones & statuta cum majori & saniori parte populi fieri atq; stabiliri. Quia aliter non dicerentur populi vel com-

munitatis ſtatuta. Verùm ſi populª in ª duas divideretur partes: tunc conſtitutio ſanioris & potioris partis valet. Sanior autem & potior pars illa dicitur, in qua dignitate & ſcientia fuerint præſtantiores atq; notabiliores.

a Saniori parti locus dandus inter voces æquales.

illyen végezésben az Nép meg-haſonlanék, tehát az jób és méltoságoſb fęlnek ſzerzése léſzen erőſb és ª jób: jób fęlnek penig mondatik az Nép kőzőt, az mellyik fęlben, méltossággal és tudománnyal jobbak és ª jeleſbek vadnak.

DE CONSVETVdinario jure Regnorum Sclavoniæ & Tranſylvaniæ peculiari.

TITVLVS III.

SCiendum itaq; eſt, quòd Nobiles Regnorũ Sclavoniæ & Tranſylvaniæ pluribus in articulis peculiari conſuetudine gaudent & utuntur, maximè verò homagiorum ſolutione. Quoniam Sclavonienſes centũ: Tranſylvanienſes autem ſexaginta ſex florenis eorum homagia compenſare ſolent. Et proinde reſponſiones quoq; procuratorum, in ipſorum medio, terminis in octavalibus ſimili cum onere revocantur. Dotalitia etiam uxorũ quorumcunq; decedentium (demptis officio Baronatª fungentium vel functorum) in ipſo Sclavoniæ Regno pari

THOT ORSZAGNAK és Erdélynek tulaydon ſzokot tőrvénnyéről.

III. TITVLVS.

ERcsűk-meg azért, hogy Thot Orſzág és Erdély Orſzág ſok dologban és Cikkellyekben kűlőmbőz az Magyar Orſzág tőrvényétől, jeleſben à Diunak fizetésben. Mert Thot Orſzágban ſzáz forint az Nemeſſek dija: Erdélyben hatvan hat. Prokátor hivás-is kőzőttők egy-arant való fizetéſſel lehęt-meg. Jegy ruha, fizetés-is (azoktól el-válva kik Szabad Urak tiſztit viſelik) Thot Orſzágban ſzáz forint, Erdélyben hatvan hat. De ezt ugy ércsed, ha az Ura jószága, annyi Girára megyen, ha penig annyira nem megyen jószága, ot-is mint Magyar Orſzágban, az őzvegyeknek keveſſeb jegy-ruha fizetnek. Az Záſzlós Urak penig

ugy

ugy elegitik ki mint Magyar Országban. Azonképpen mint az két Országban, az jószágról és egyéb kiváltképpen és nagy dolgokban járó pereket, akar mely fél appellallyon véle, az tőrvénnek ki mondása után, egyszer Király Udvarában, az Ország birája eleiben bocsáttyák kérdőre: és onnét ismétlen, az igaz tételre az első Biró eleiben viszsza bocsáttyák, tudni illik, Bánra és Waydára.

pari modo centum: Transylvania verò sexaginta & sex florenis persolvuntur. Hoc tamen intellige, si bona ac jura possessionaria maritorum defunctorũ ad tot Marcas se extendant. Nam aliter si minoris æstimationis bona ipsa fuerint: etiam ibi (prout in Hungaria) relictis eorum pro dote minꝰ datur. Uxoribus autem Baronum, eo quo in Hungaria modo fieri debet

To-

solutio Dotalitiorum. Causæ verò in utroq; regno ratione jurium possessionariorum, vel aliorum specialium arduorumq; negotiorum, in octavalibus terminis motæ, post definitivam sententiam, ad appellationem cujuslibet partis semel in curiam Regiam, domini videlicet judicis curiæ Regiæ in præsentiam, maturioris examinis & discussionis gratia transmittitur: & pro finali conclusione atq; executione, earundem rursus ad priorem judicem, Banum scilicet, aut Waywodam remittuntur.

Továbba az Erdélyi Nemesſek kisseb hatalmon, ötven Girán maradnak, ki ugyan annyi forintot téſzen. Az Vice-Ispánok penig és Szólga Birák két annyin. Elevenen diu köztök harmincz három forint. Jegy-ruha fizetésnek, két része kész pénz: harmadik része ingó marha vásári bőcsű-szerint. Továbba gyűlés szegés, mely gyűlés léſzen Király avagy Wayda akarattyából, száz: Szék tőrés ötven Gira, ki ugyan annyi forintot téſzen. Kár és adóſság meg-

Caterùm Nobiles Transylvanienſes pro minoribus potentiariis actibus in quinquaginta Marcis, totidem florenos auri facientibus, convincuntur, Vice-comites autem & Judices nobilium in duplo condemnantur. Homagium verò vivum triginta tribus florenis apud eos compensatur. JTEM, Dotalitiorũ ſolutio, quo ad duas partes, paratis & numeratis pecuniis: ad tertiam ſiquidem partem

tem rebus mobilibus atq; venalibus absolvi cõsuevit. ITEM, violatio generalis dietæ, & conventionis Nobilium Transylvanienſium de Regio mandato, vel Dn. Waywodæ Transylvani edicto celebrandæ, centum, ſedis verò judiciariæ quinquaginta Marcis, totidem florenos valentibus, taxatur. ITEM, in facto recuperationis damnorum, ac debitorum, Principalis Nobilis actor ſcilicet, vel in cauſam attractus, ad tres florenos jurare permittitur. Cæteri tamen Nobiles, ejus conjuratores, non plures quã ſinguli ſingulum florenum ſuo juramento recuperandi habent authoritatem. Et licet in proceſſibus cauſarum prænarratarum, quælibet Marca Transylvanorum more centum denarios valeat: Birſagia tamen, ac juridica gravamina, in proceſſib⁹, cauſarũ octavalium accumulata, inſtar Nobiliũ Regni Hungariæ quadringẽtis denariis (juxta modum in fine primæ partis deſcriptum) abſolvi ſemper ſolet. ITEM cauſæ, in ſedibus judiciariis comitatuum coram vice-comi-

meg-vételben, az fő pőres, ha Nemes ſzemély, három forintra, az mellet eskűvők, csak egy egy forintra eskűdhetnek. Es jól-lehet Erdélyben az tőrvényben eſſet birságban minden Gira csak ſzáz pénz tészen: de octáván minden Gira mint ſzintén Magyar Orſzágban négy forintot téſzen az birságban, Kit ugy kel meg-fizetni, mint ez *Decretum*nak első részének az végében meg-vagyon irva. Továbba az Vármegye ſzékből, három forint érő marhának alatta valamely per vagyon, azt Wayda eleiben octávára nem bocsáttyák kérdőre. Továbba, Erdélyi paraſztoknak eleven Dijok tizen harmad-fél forint, hólt Dijok huſzon őt forintot téſzen. Tagh ſzaggatás, mint kéz el-vágás, fűl és ſzem ki-tólyás és arczúl való ſebb, húſz forintot, Fogh ki-ütés hat forintot téſzen. Ha penig az helyről, áhól valami hatalmat cselekedet az paraſzt ember, el-ſzalat, az hatalom nem az ſérelmes embernek marad, hanem az földes Urának. Az ſérelmes ember penig csak kárát, vagy ſérelmét veheti-meg. Továbba, mind az Nemes ember, mind az paraſzt ember az kárról bé-haytot baromnak hatalmasúl való el-ereſztéſéért

seért, és akar mi marhának méltatlan tartásáért az Baromnak, vagy az meg tartot marhának bőcsén marad. Továbba az paraszt ember, az fő-pőres, akar Fel-pőres legyen akar Al-pőres káraért, egy forintot vehet-el, egy ő maga hitivel. Az többi kik mellette eskűsznek, hárman vehetnek egy forintot hűtőkkel, és nem többet.

AZ

comitibus parochialibus, ac judicibus Nobilium, ratione rerum, infra tres florenos valentium mota, in præsentiam Wayvodalem ad terminos octavales non transmittuntur. Item homagium rusticorũ Transylvanorum integrũ viginti quinq;: medium verò (quòd vivum homagium vocitatur) duodecim florenis & quinquaginta denariis: Mutillatio autem membrorum, ut manuum, aurium, eruitioq; oculorum, & vulnus faciei viginti: Excussio verò dentium sex florenis æstimatur. ITEM, si rusticus de loco delicti aufugere poterit, pœna violentiæ, & actus potentiarij, per eum commissi atq; patrati, non læso sed terrestri domino coloni cædit. Læsus autem damni duntaxat, vel susceptivulneris compensam rehabebit. ITEM, rusticis, propter pecudum & pecorum de damnis illatis ab actorum violentam emissionem & ablationem, vel aliam quamlibet indebitam rerum arestationem, in æstimatione hujusmodi pecudum & pecorum, ac rerum arestatarum convincuntur. Et in hac parte de Nobilibus quoq; idem judicium observatur. ITEM, in facto recuperationis damnorum ac debitorum, rusticus, principalis actor videlicet, aut attractus, unum florenum juramento suo accipere permittitur. Cæteri verò sequentes rustici ejus ut puta conjuratores, tres personæ florenum unum, & non plures eorum juramento recuperare possunt.

AZ ERDELYI SCIthiájakról, mellyeket Székellyeknek hivunk.

IV. TITVLVS.

Továbba

DE SCITULIS Transylvanis, Quos Siculos vocitamus.

TITVLVS IV.

SUnt præterea Transylvanis in partibus Scituli Nobiles privilegiati, ab Scytico populo in primo eorum ingressu in Pannoniam propagati, quos nos corrupto quodam vocabulo Siculos appellamus dissimili penitus lege & consuetudine gaudentes, rerum bellicarum expertissimi, qui per tribus & generationes atq; lineas generationum (antiquorum more) hæreditates ac officia inter sese partiuntur & dividunt. Horum homagia viginti & quinq; florenis compensantur. Emenda verò linguæ ad duodecim florenos & quinquaginta denarios in eorũ medio taxatur. Capitalis autem sententia contra Scytulum coram eorum Comite lata, ad viginti quatuor Marcas, totidẽ florenos valentes, se extendit, hæreditatesq; convictus & sententiatus ipse non amittit, sed ad hæredes fratresq; ejus derivantur. Caput etiam, demptis casibus notæ infidelitatis, & causis criminalibus salvum præservabit.

TOvábba vadnak Erdélyben Székelyek kiváltképpen való némessek, kik az Magyarokról az után származtak hogy Scithiából Magyar Országban Pannoniában bé jöttek, kiket mi parasztt módon Székelyeknek hivunk, és ezeknek mindenestől fogván külön törvények és szokások vagyon, hadi dologban bölcsek, kik örökségeket, és tisztet nemzetségre, és nemzetségeknek á, gazattyára osztnak köztek. Ezeknek Diok huszon öt forintot tészẽ. Nyelv váltsága penig tizen-harmadfél forintot. Főben járó *sententia* penig Székely ellen az önnön Jspánok előt, huszon-négy Girát tészen, ki ugyan annyi forintot ér, az örökséget is az meg *sententiázot* ember el nem veszti, hanem magzattyára és attya fiaira szál. Fejét sem vészik, hitlenség dolgától, és főben járó vétkektől ki válva.

In sede verò ipsorum judiciaria quælibet Marca quinquaginta denarijs deponi & persolvi consuevit. ITEM in quavis causa, statim post latam & pro-

Az törvény székekbẽ penig minden Girát ötven pénzel szokták letenni. Továbba minden dologban az *sententiának* ki mondásának utánna az Jspán és az Vice-Jspán, az ő Bi-

ő Biró részeket (még-ha az más fél meg-igyenesſednék-is véle) méltán meg-veheti. Továbba örökség-felől ha mi pör indul, ő köztök három forintnak felette, az szokot kérdéseket meg tartván, Király udvarában vehetik, nyilvábban való meg-hányás vetésért. Ez meg nevezet Országoknak penig egyéb törvénynek, mivel-hogy csak ő köztök vagyon helye, azért nem szükség hogy it többet szóllyak felől.

& pronunciatam ſententiam, Comes & vice-comes eorũ portionem ſuam judiciariam (ſi etiam convictus cum adverſa parte cõcordaret) exigendi habet authoritatem. ITEM, cauſæ in facto hæreditatum, ultra valorem trium florenorum inter eos ſuſcitatæ (ſervatis appellationibus ſolitis) in curiam Regiam pro evidentiori diſcuſſione tranſmitti ſolent. Reliqua autem jura horum Regnorum atq; Nobilium municipalia (quia in eorum duntaxat medio valent, & inter ſeſe nota ſunt) ampliori declaratione non egent.

MILEGYENAZ HOmagium, az az, az Diju: és hányképpen ércsék?

V. TITVLVS.

MIvel-hogy penig az Dijúról, és az Diju szerént való Giráról gyakorta emlekeztem, azért rövideden ércsük-meg hogy az Dijunak nevezetivel, kit az Deákok Homagiumnak hinak, két-képpen élünk. Egy-képpen mondgyuk törvény-szerént, ugy-mint embernek kötésnek,

QUID SIT HOmagium: & quot modis intelligatur?

TITVLVS V.

SEd quia de Homagio, ac Marcis homagialibus mentio ſæpe-numero præhabita eſt; Jdeò ſciendum breviter, quòd homagium dupliciter accipitur. Uno modo, ſecundùm leges, quaſi hominis ligium ſeu ligamen. Et eſt fidelitas præſtita ſuperi-

Part. 1. Tit. 2. 12. Part. 3. Tit. 3. 9. 21. 26. 23.

ori, per inferiorem. Vel est fidelitas, quæ debetur soli Principi, nullius alterius fidelitate salva. Alio modo sumitur homagium, secundum communem usum, & tunc est mulcta vel æstimatio homicidarum, quæ talis est, ut homicidæ redise ab iis, quibus competit, juxta æstimationem capitum suorum, ultra alias pœnas pro actibus potentiariis, penes homicidium forsitan patratis, debitas & infligi solitas. Nonnulli tamen dicunt, Homagium præcium esse hominis perempti: Licet absurdum sit ita dicere. Nam mortuus nullo præcio redimi, & à mortuis suscitari potest. Sed homicida, nè talionem subeat, ut caput suum, & non illius, quem peremit, redimat necesse est. Et hoc, si manus judiciarias, vel adversæ partis evaserit. Nam si in persona sua detineri poterit, & homicidium deliberatè patratum fuerit: Non homagium suum deponere, sed pœnam capitalem subire debet. Homagium itaq; secundo modo sumptum, capitis emendam, ac redemptionem, nos communiter esse tenemus.

ségnek, és hűvségének, az az, jedzi az hűvséget, kivel tisztartójoknak, és előttek járójoknak tartoznak az alattok valók. Avagy penig jegyez oly hűvséget, kivel minden máshoz való hűvségnek felette, feje és jószága veszténse-alat csak az Fejedelemnek tartozik az ember. Más-képpen mondatik közönséges szokással az gyilkosoknak feje váltságának, az az, mikor az gyilkos fejét váltya-meg az pórestől Dija szerént, az több hatalmaskodásért való bírság felet, mellyet az gyilkosság mellet cselekedet vólna. De maga némellyek mondgyák az Homagiumot, az meg hólt embernek Dijának avagy arranak lennie, de nem illendő azt értenirayta. Mert az meg-hólt embert semmi árral, avagy váltsággal meg-nem válthattyák, és halottaiból fel nem támaszthattyák. De az gyilkos hogy meg ne őllyék, szűkség hogy az ő fejét, és nem azét, kit meg őlt, válcsa meg. Es ez-is ugy lehet, hogy-ha az Biró kezéből el-szaladád mert ha személyében az gyilkost meg-foghattyák, és az gyilkosságot szán-szándékkal mivel te legyen, nẽ az ő maga Diját kel le-teni, és fizetni, de ugyã fejével fizessen. Azért mi az Homagiumot másodszor közönséggel feje váltságának leni érttyük

KIRALY UDVARAban miképpẽ bocsáſsák kérdõre az Vár-megye ſzékirõl az põröſſeket: és ugyan azon ſzékben való Procurator meg-hivaſról.

VI. TITVLVS.

MIvel-hogy peniglen az Vármegye ſzékin, mikor az Vármegye Iſpánok, Vice Iſpánok, és Nemes Birák, az két põres fęlnek feleletibõl, ez Orſzágnak tõrvénnye ſzerint, *ſententiát* mondnak, az põrt ſzokták, ez Orſzágnak régi tõrvénye és ſzokáſa ſzerint az Király Udvarában kérdõre ereſzteni, hogy avagy hellyén hadgyák, avagy penig meg jobbicsák ott az Vármegye tõrvénnyét: Es minek utánna az pereſſek az elõbbi Birákhoz az Vármegyére meg-viſzik az pereket, az tõrvény-tétel ſzerint, kéſz ki mondot itiletnek, ki ſzólgáltatáſnak és elég-tételnek okaért, mely meg-vétel után à mely fęl gondollya, hogy perit el-veſztette, gyakorta úy itiletet ſzokot az Királytól az õ periben venni, mely úy itiletet, erejével, Prokátorát-is igy ekezi meg hini.

Annak-

QVALITER CAUſæ, de ſedibus judiciariis Comitum Parochialium, in curiam Regiam tranſmittantur: Et de Procuratorum in eiſdem ſedibus revocatione.

TITVLVS VI.

QVIA verò cauſæ, in ſedibus judiciariis Comitum parochialium Comitatuum hujus Regni motæ, factæ primũ per eoſdem Comites, vice-comites, ac judices Nobilium, juxta reſponſiones partium, deliberatione juridica, & ſententia latæ (ut plurimum) in curiam Regiam, ad approbandam vel reprobandam ejuſcemodi ipſorum ſententiam, ac judiciariam deliberationem, de vetuſta regni noſtri lege & conſuetudine tranſmitti: & ibidem præhabita per judices Regni ordinarios, matura ipſarum cauſarum diſcuſſione, aut probatæ, aut improbatæ, rurſus in præſentiam prædictorũ Comitum Parochialium, & judicum Nobilium, pro executione & perfecta concluſione hujuſmodi ſententiæ judiciariæ commiſſionis eorum crebrõ Part. 3. Tit. 3. 7. & 35.

Part. 2. Tit. 75. 77. 80. 81. 79. Part. 3. Tit. 11.

remitti, & post ipsam remissionem partes convictæ, & in causa succumbentes, à Principe novum judicium impetrare, & sæpenumero etiam virtute ipsius novi judicij procuratores suos revocare consueverunt.

Unde sciendum, quòd post causæ de curia Regia remissionem, & Judicum ipsorum ordinariorum approbationem vel reprobationem, si partem per convictam & succumbentem novum judicium impetratur, aut procuratoris responsio revocatur: qualecunq; judicium postea per Comites, vice-comites & judices Nobiliũ celebretur, & qualiscunq; sentẽtia feratur: de cætero tamen pro evidentiori ejuscemodi discussione, causa ipsa in curiam Regiam, etiam vigore hujusmodi novi judicij, transmitti non debet.

Verùm, si altera pars succubuerit, ad cujus videlicet instãtiam causa hujusmodi in dictã curiam Regiam transmissa deductaq; non fuisset: illa pars causam eandem, pro saniori sui revisione discussioneq; in ipsam curiam ducendi habet authoritatem. In sede autem judiciaria Comitum Parochialium, Comitatuum Regni hujus procuratoria revocatio plerunq; occurrit &

Annak-okáért vegyük eszünkben ezt, hogy minekutánna az Király Udvarából à pőrt hátra bocsáttyák, az Országh Birai meg-láttása utan, akar hatták legyen hellyen, az előbbi tőrvént, akar nem, ha az meg győzet fęl az perben úy itilet vészen, avagy *Procurator*t hivand meg. Ez után az Ispánok, Vice-Ispánok és Birák akar mi tőrvént szólgáltassanak, és akar mi *sententiá*t mondgyanak: annak-utánna nyilvábban való meglátásęrt azon pőrt az Király Udvarában, még ez-fęle úy itiletnek erejével-is el-nem kel bocsátania.

Ha penig az más fęl meg-fogyatkozik, tudni-illik, kinek számára ezfęle pert, az fellyűl meg-mondot Király Udvarában még el-nem bocsátták és el-nem vitték vólna, kérdőre azt az pert, jóbban való meg-látásnak, és hányás vetésnek okáért, az Király Udvarában, el-kel bocsátania. Az Prokátor meg-hivás penigh az Vár-megye székiben három forintal lehet meg, kinek két része az Jspáné, Vice-Jspáné és Nemes Biróé, az harmad

mad része penig az peresse, ugyan azon Birák előt, vagy ő közzülök valamellyik előt lehet, még az kimondot *sententia* után-is: De ha Király Udvarában vitetik az pőr, és az Szólga Biró *sententiájat* jóvá hadgyák, és viszsza bocsáttyák à pőrt, az Vármegyére, az meg-hivás terhet két annyivá lészen, az az, hat forintra megyen.

MINE-

& contigit: Ubi tribus duntaxat florenis in duabus judicibus, hoc est comitibus, vel vice-comitibus, & judicibus Nobilium: in tertia verò partibus, litigantibus illi, adversus quem ipsa revocatio fieri debebit persolvendis, etiam post latam ibidem sententiam cujuslibet procuratoris, coram eisdem Comitibus aut vice-comitibus & Judicibus Nobilium, vel altero eorum retractatur & revocatur. Verùm post factam in ipsa curia Regia ejusdem causæ ratificationem & approbationem, ac in præsentiam eorundem Comitum, vel vice-comitum, ac Judicium Nobilium remissionem onus revocationis, responsionis procuratoris (si quando fieri contigerit) propter hujusmodi approbationem, per superiorem judicem factam duplicatur, & per sex florenorum solutionem compensatur.

MINEMŰ PEREKET szoktak Király Udvarából viszontag az Vármegye Jspán eleiben viszabocsátani.

VII. TITVLVS.

JOl-lehet minémű pereket, és miképpen kellessék, ismét az Király Udvarából, az előbbi Birák eleiben bocsátani arról sok külömbőző itilet vagyon, mind-az-által, ezt vegyük eszünkben, hogy az mely perekben birság lészen, Király Udvaráról

QVALES CAVSÆ, de Curia Regia rursus in præsentiam Comitum, Parochialium remitti debeant.

TITVLVS VII.

VTrum autem causa, in sedibus comitatuum suborta, & in curiam Regiam transmissa (facta ibidem & habita approbatione & ratificatione sententiæ, ac judiciariæ deliberationis Comitum, vel vice-comi-

tum Parochialium, & judicum Nobilium Comitatuum) de ipsa eadem curia Regia, per judices ordinarios ad executionem submittatur, vel in præsentiam rursus eorundem Comitum, &c. remittenda censeatur, variorum varia est opinio. Verumtamen sciendum pariter & tenendum est, quòd illæ causæ, quarum in processu juridica gravamina, seu onera juridicialia solvi deponiq; debent: sicuti sunt omnes minores actus potentiarij & sententiæ inde ferendæ, violationes sedis judiciariæ, Emendæ linguæ, & hujusmodi, ex quibus utputa etiam judices portiones habere solent, rursus & iterum in præsentiam illorum Judicum, de quorum conspectu fuerunt per appellationem in Curiam Regiam transmissæ atq; deductæ, remitti debent. Nam alioquin grande præjudicium ejusdem prioribus judicibus inferri dinosceretur: ubi per hujusmodi appellationem portio eorum, & per judiciaria, in alterius potestatem ac jurisditionem converteretur.

rából az kérdésről ismég viszsza bocsáttyák az Vármegyére, és az igaz tételre tudni-illik, mint kisseb hatalom, szék tőrés, Nyelv váltság, kikben az Biráknak-is részek vagyon. Mert az előbbi Biráknak ebből fogyatkozások, és boszszuságok-is következnek, hogy az ő részeket az birságból, az kérdő mellet más venné fel.

AZ

Aliæ tamen causæ, quæ onerum vel Birsagiorum solutionem non important: sed magis executionem debitam expostulant: prout Dotum, & rerum Paraffernalium, ac jurium impignoratitiorum, causæ & aliæ similes, de ipsa curia Regia ad executionem commodè transmitti, effectuiq; mancipari possunt. Secus est de causis, in curia Regia coram judicibus ejusdem

Az mely perben penig semmi birság nincsen, tudni-illik, mint jegyruha, menyegzői ajándék, és zálagos pőrben, és ezekhez hasonló pereket ugyan azon Király Udvarából, ki-vihetik az igaz tételre. De mely pert csak Király Udvarában kezdnek minden follyásával, és minden terhével egygyik Biró elől másik eleiben szokták el-bocsátani. Jegy-ruha felől való pőrt penig, és menyekező ajándék felől: Avagy zálagos jószág

felől,

felől, ki száz forintot meg-haladna, az Vármegye székin meg nem itilhetik.

AZ

dem ordinariis motis. Nam ibi causæ, cum omni plenitudine juridicorũ gravaminum, qualitercunq; subsecutorũ, & subsequendorum de præsentia unius judicis, in alterius præsentiam transmittuntur. CAUSÆ verò, in facto Dotum, ac rerum Paraffernalium, nec non jurium impignoratitiorum motæ, vel movendæ, quæ ultra valorem seu æstimationem centum florenorum sese extendere dinoscuntur: in sedibus judiciariis Comitatuum: vel Comitum parochialium tractari & adjudicari non possunt.

AZ SZABAD VAROSOkról, és azoknak közönséges állapattyáról.

VIII. TITVLVS.

AZ szabad Városokról-is kevés beszéddel szóllok, Azért megértvén, hogy az Várost mondgyák ugy-mint Polgároknak egygyességének. Ezért hogy sok Nép egygyüvé gyült azon az hellyen. Az Város penig nem egyéb, hanem az házaknak és uczáknak sokkasága, mellyet kő-falukkal, és ahoz hasonló erősséggel, meg-kerittettek, hogy tiszteséggesen jól és szabadosson élhessenek. De miért hogy az Polgároknak sokaságából, egy közönséges Polgári társaság szokot leni, és ez illyen Polgári állapat, miképpen hellyeknek mi vóltával, azonképpen *privilegio-*

DE LIBERIS CIvitatibus, & earum conditionibus, in generali.

TITVLVS VIII.

QVia de liberis quoq; Civitatibus paucis tractandum occurrit: idcirco sciendum, Quòd Civitas dicitur, quasi civium unitas: eo quòd ibi populorum pluralitas sit convocata. Est autem Civitas, domorũ & vicorum pluralitas, mœnijs & præsidijs circumcincta necessarijs, ad benè honesteq; vivendum privilegiata. Sed quoniam hæc civiũ pluralitas, unam communitatem causat atq; repræsentat: Et hujusmodi collectiva communitas, sicuti locorũ situ, ita etiam privilegiorum

& consuetudinum diversitate inter se differt & variatur. Civitatum itaq; liberarum alia subsunt jurisditioni personalis præsentiæ Regiæ Majestatis, ut Alba regalis, Strigonium & Leutschovia: aliæ verò, ex antiqua Regni consuetudine, jurisditioni magistri Thavernicorum regalium, sicuti Buda, Pesth, Cassovia, Thirnavia, Posonium, Sopronium, Bartfa, Eperjes & Szakolcza.

*legio*moknak és szokásoknak kűlömbségével, és magában kűlömbez. Annak-okáért az szabad Városok közzűl némellyék halgatnak, Király ő Felsége képétől mint Szekes Fejérvár, Esztergom, és Lőcse: Némellyek penig az Országnak régi szokása szerint, Tharnok Mesterhőz mint Buda, Pest, Cassa, Poson, Nagy-Szombat, Sopron, Bartfa, Eperies, Zakólcsa.

QVOD CIVES LIberarum Civitatum, eorum Homagiis Nobilibus æquiparantur.

TITVLVS IX.

QVarum quidem Civitatum cives & inhabitatores in eorum homagiis Nobilibus Regni hujus æquiparantur: In aliis, tamen libertatibus, Nobilibus inæquales habentur, & eorum privilegiis non utuntur. Nam testimonia ipsorum civium extra eorum civitates & territoria, penes nobiles non acceptantur: neq; pro damnorum aut debitorum recuperatione

HOGY AZ SZABAD VAroſi Pólgárok az ő Dijokban, Nemeſſekhez egyenlők.

TITVLVS IX.

EZ meg nevezet szabad városi Polgárok azért Dijok szerint ez Országi Nemeſſekhez egyenlők: de egyéb szabadságokban kűlömböznek, és az Nemeſſekkel nem egyenlőknek tartatnak, sem az Nemesek szabadságával nem élnek. Mert az Polgároknak bizonyságát az ő Városokon, és határokon kivűl Nemeſſek mellet elő nem vészik: sem penig kárnak avagy adoſságnak megnyeréſére az ő Városokon kivűl egy

egy

egy forintnál tőbre nem eskűdhetnek.

tione extra Civitatem ſingillatim ultra unum florenum jurare permittuntur.

SZABAD VAROSBELI Pólgároknak pőreket, az Király Tharnok Meſtere eleiben miképpen bocsáſsák?

X. TITVLVS.

TOvabba némely ſzabad Városoknak Pólgár Meſteri, némellyeknek iſmég eskűt Birái, Pólgári és Tanácsi vadnak, kik minden fęle pereket, az ő Városbéli lakójok kőzőt, és egyéb kűlső embereknek perit-is, ha valaki az ott való lakós emberrel pőrlene, tőrvény-ſzerint elſzokták igazitani és véghez vinni. Ha penig valamellyik pőres az ő itiletekkel meg nem elégednek, azon pőrt előſzőr az Tarnok meſter ſzekire: Es ha itt ſem tetſzik, Király ſzemélye eleiben bocsáttyák. Holot csak az Pólgárok, és az Thárnok meſter *ſententiáját* láttyák-meg, ha jól vagyon avagy nem? A' két fęlnek minden fogáſit, kivel akkor uyjonnan akarnának élni, hatra hagyván. Hanem ha tőrténet ſzerint ollyan mondanának, ki az dolognak magya-

QVALITER CAUſæ Civium liberarum Civitatum, in præſentiam Magiſtri Thavernicorum Regalium tranſmittantur.

TITVLVS X.

HArum autem Civitatum quædam Magiſtros Civium, quædam verò Judices & Juratos Cives atq; conſules habent, quorum judicio univerſæ cauſæ inter incolas & inhabitatores earundem Civitatum, ſed & aliorum exterorum hominũ lites, contra quoſpiam forſitan illorum motæ decernuntur, dirimuntur & terminantur. Deinde verò ad partis, ſuper eorum judicio non contentæ, procurationem, in ſedem judiciariam Magiſtri Thavernicorũ Regalium appellationis via tranſmittuntur. Demum autem, parte aliqua non contenta, ad examen perſonalis præſentiæ Regiæ Majeſtatis deducuntur: ubi ſolummodo ſententiæ

tiæ civitatū, & Magistri Thavernicorum Regalium revidebuntur, & ruminabuntur: Utrum videlicet justè vel injustè, debitè vel indebitè, sententiæ fuerint pronunciatæ? Justas approbando, indebitè verò latas emendando, vel per totum invalidando, cunctis partium exceptionibus, ex novo pro tunc proponendis, per omnia postergatis: nisi fortè talia dicerentur & proponerentur, quæ meritò & de necessitate ad causarum vel sententiarum informationem, ac clariorem declarationem & intelligentiam cederēt. Nam in tali casu, quilibet partium audienda erit.

gyarázattyára, és meg-értésére szükséges vólna. Mert ez illyen dologban mind az két peress fel szovát megkel halgatni.

QVOMODO NOvū judicium, in causis Civium liberarum Civitatum impetrandum sit?

AZ SZABAD VAROsoknak pőriben, miképpen kel úy itiletet kérni?

TITVLVS. XI.

XI. TITVLVS.

Part. 2. Tit. 77. 78. 75. 18. 83. Part. 3. Tit. 6. 11.

ITEM, Si contingat, causam ab examine & judicio personalis præsentiæ Regiæ Majestatis (ratione, nè fortè incidentium vel dependentium particularum, pro ejus maturiori revisione) ad priorem judicem remitti: tunc si qua partium, super nova hujusmodi revisione vel discussione non contentabitur, ulterius ipsa causa in præsentiam Magistri Thavernicorum Regalium non erit transmittenda: sed directè in conspectu solius personalis præsentiæ Regiæ Majestatis, qui videlicet illam remiserat, erit deducenda.

HOlot penig az Király-képe elől az szabad Városbéli Pólgároknak pereit valami függő dologért, vagy valami Cikkelyért, ismeg az Pólgárok eleiben hátra bocsáttyák: ha valamely fel az Pólgárok úy julán való látásával meg nem elégszik, másszor nem bocsáttyák Thárnok Mester székire: hanem igyenessen mindgyárt Király képére, az honnan viszsza küldték vólt.

De

Verùm

De ha mely fęl ez illyen *sententiá*val meg nem akar elégedni, még másod, vagy harmad *sententiá*nak utánna-is, ki Király-képe előt lőt vólna: az ő dolgát jobbitani meg-indithattya úy itilettel: de ugyan azon szék Birája előt, az mely szék előt az pőr indittatot vólt. Ha penig az ki előszőr el-veszt̃ötte vólt: és kérdőre võtte vólt pőrit, és úy itiletet-is võt dolgában, s az úy itilet mellet-is elveszt̃endi pőrit: tehát az után soha dolgát elő nem veheti, mert ugyan azon Biró előt őrökké belé veszti porit, sőt soha t̃öbbé kérdőre azt nem kel ereszteni. Ha peniglen az más fęl-is, az ki előszőr meg-nyerte vólt, pőrit el-veszt̃endi: ő-is úy itiletet kérhet, szintén mint az más fęl, és hasonloképpen dolgában el-járhat.

Verùm si post obtentam etiam secundam vel tertiam sententiam altera partium noluerit contentari: poterit causam suam, vel pendente adhuc lite post secundam sententiam coram personali præsentia Majestatis Regiæ latam, aut etiam post tertiam, coram ea pronunciatam, per formã & gratiam, novumq; judicium suscitare: sed coram eo judice, quo causa hujusmodi primitùs mota fuisse dinoscitur. Et si contra partem prius convictam & appellantem, novum judicium impetrantem sententiatum fuerit: mox & de facto hujusmodi parti sententiatæ, vigore dicti novi judicij silentium perpetuum imponendum erit, nec amplius causa illa in superiorem sedem transmitti debebit. Si tamen altera pars, prius videlicet vincens & triumphans, succubuerit: tunc illa quoq; ad instar alterius partis novum judicium pro se impetrandi & in eadem parti modo procedendi potestatem habebit.

Ha peniglen az kérdő, vagy az úy itilet mellet, ez à peres fęl-is el-veszt̃endi dolgát, az előbi t̃örvént, akar hellyén hadgyván, akar penig megjobbitván, vagy le-szállitván, és semmivé tévén: Ez-is az ő pőriben továb nem mehet, hanem őrökké való

Attamen, si contra ipsam partem sententia lata fuerit, sive per modum approbationis & ratificationis, sive emendationis vel invalidationis, ulterior processus non dabitur, sed perpetuo silentio causa ipsa, ex

parte quoq; illius partis terminabitur, & de cætero neutra partium aut novum judicium impetrare aut ulterius causam ipsam appellare poterit. Quoniam unaquæq; partium semel novum judicium impetravit, & in eadem causa secundariò impetrare nequibit.

Appellationes verò in quibuslibet causis post earum decisionem, juxta contenta Privilegiorum suorum, ad sedem magistri Thavernicorum Regalium, & in conspectum personalis præsentiæ Majestatis Regiæ fieri semper possunt. Nam aliter denegata appellandi facultate pauperes adversus potentes favore vel dono destructi, justis in eorum juribus sæpenumero periclitarentur. Secus est de causis criminalibus, quæ ad pœnam capitum & mortis damnationem tendunt. Nam in illis locum appellatio non habet, nisi fortè innocentem omninò temerario judicio morti tradere conarentur. In quo casu possunt illicò innocentis ipsius fratres, aut affines, ad Regiam Majestatem solam confugere, pari-

ló veſztegſęgben léſzen pőri: Es illyenképpen egygyik fęl ſem kérhet tőbbé úy itiletet, ſem penig másſzor *appellatio*ban perit nem veheti. Mert mindenik fęl úy itilet egyſzer vőt, és ugyan azon perben máſodſzor való úy itiletet nem hozhat.

Az *appellatio*kat penig, minden Pólgári tőrvényeknek ki mondáſa után, az Varoſoknak *Privilegio*mihez-képeſt, az Király Tharnok meſter ſzékire, és Király-képe eleiben, mindenkor el-vihetik. Mert ha *appellatio*ban el-nem ereſztenék, az ſzegények, az hatalmaſok ellen vagy kedvért vagy ajándékért gyakorta meg-rontatnának, és az ő igaſságokban meg-fogyatkoznának. De az főben-járó perekről, kiért főnek kel eſni és ember halálnak kel leñi, más az dolog. Mert abban *appellatio*jok nem lehet, hanem ha ne találmtan, à bűntelét mindeneſtől fogván, vakmerő itilettel igyekeznének megőlni. Mely dologban az bűntelennek attya-fiai mindgyáraſt Királyra folyamhatnak, és az pőrben óltalmat kérhetnek. Továbba ha ez fęle Pólgári pőreknek follyáſinak előtte, avagy azoknak viſzſza bocsátáſſa után,

után, à Prokátornak beszédét avagy feleletit szükség lészen meg-hinnya: tehát az ott való törvény széknek Birája szokkását meg-tartván, az ki elől az felelet lőt vólt, azon Biró elől meg-hihattyák.

pariter & in causam ipsam provocare. Item si in processu causarum ejuscemodi civilium, ante aut post remissionem earundem verba ac responsiones procuratoris necessarium fuerit revocare: tunc mos & consuetudo sedis judiciariæ illius judicis, coram quo responsio facta fuit, & etiam revocare debet, observanda censetur.

AZ KÜVÜL VALO bizonyságot az Polgárok közöt, bé nem vészik.

TITVLVS XII.

TOvábba, az szabad Városi Polgárok közöt örökség felől való pörben, az küvül valóknak kik ott nem lakosók bizonyság-tételét bé nem vészik. De adóság felől és egyéb dolog felől, akar mi legyen, az ki az ő határokon küvül lészen, jó hirü és tiszteségbéli embert, akar ki legyen, bizonyságnak bé-szokták venni.

AZ

DE TESTIMONIO extraneo, inter Cives non acceptando.

TITVLVS XII.

ITem, in causis, pro rebus hereditariis & immobilibus, coram judicibus & juratis Civibus pratactarum civitatum motis & vertentibus, nullus in testimonium coram ipsis acceptatur extraneus. Verùm pro debitis, & aliis quibuscunq; factis ac negotiis, extra territorium eorum gestis & habitis quilibet hominum, (dummodo bona fama & honesta conditionis existat) ad testificandum coram eis admitti solet.

DE

DE FASSIONIBUS, coram judice & juratis Civibus fiendis.

TITVLVS XIII.

Part. 1. Tit. 58. 110 111. 60. 59 61. 69. 91. 65. 62. 63. 128. Part. 3. Tit. 13.

ITem, Fassio, coram judice aut duobus juratis civibus, ratione & prætextu quarumcunq; rerum, sive mobilium sive immobilium, in eorum medio vel territorio existentium & adjacentiũ facta, semper rata permanet: nec valet alia Fassio inter ipsos cives, super hujusmodi rebus coram aliis judicibus Regni, vel in locis testimonialibus jure perennali facta.

AZ VALLASOK, AZ Biró és eskűt Polgárok előt legyenek.

XIII. TITVLVS.

ISmét az Polgárok kőzőt való vallas-tételnek, ki az Biró előt, avagy két eskűt Polgár előt lészen, ő kőztők, és az ő határokban minden-féle jószágokról, mind indulóról mind indulatlanról, mindenkor ereje vagyon, és meg-tartatik: Az Polgárok kőzőt penig nincsen helye egyéb vallásnak, akar az Országh Birai, akar egyéb hihető hellyeken lőt legyen, az örökségnek örők árron való eladássa felől.

QVOMODO DOminium Hæreditatum inter Cives ingrediendum sit.

TITVLVS XIV.

ITem, si coram prædictis judice ac juratis civibus Fassio, ratione rerum immobilium seu hæreditatum, puta domorum, allodiorum, hortorum, piscinarum, aut vinearum facta fuerit: tunc requiritur, ut per emptorem ejusmodi rerum (ubi domi-

AZ POLGAROK Kőzőt való örökségnek Uraságába, miképpen kellyen bé-menni.

XIV. TITVLVS.

ISmég, ha az fellyűl meg-mondot Biró és eskűt Polgárok előt valami örökségről, tudni illik, házról, majorokról, kertekről, halastókról, avagy szőlőkről vallás lészen: tehát kivántatik, hogy ez-féle örökségnek vévője azoknak Uraságába és birodalmába, mellyekbe bé-akarna-menni,

menni, és magának akarja tulaydonitani, tehát azokban való menésnek bé iktatása, két eskűt Pólgár által legyen, kiket arra bocsátnak. Es ha valaki ellenzi akar mi formán, tizenötöd nap alat azon Biró és eskűtt Pólgárok előt, az ő ellene mondásának okát kel adni.

Ha penig ellene mondó nem lészen, tehát az, az kinek az el-adás, és az vallás lőtt az örökségnek Uraságában és birodalmában, bátron, és szabadon bé-mehet. Ha penig valamely ember annak utánna azokhoz valami kőzit mondaná és igasságát reménlené benne: osztán egy egész esztendeig, és egy nap alat ha akarja titkon avagy nyilván ellene mondhat. Mert egyébként ha nem ellenzi, az ő igasságában hátra marad, és az örökség mellől el-esik. Nyilván való-képpen igy-is mondhat ellene, ha azt az ki az örökséget birja, annak-okáért törvényre hija, és az fellyűl meg-mondot esztendeig az ő Birája előt, az törvényben bé-ál, és pőrit el-kezdi. Titkon penig igy mondhat ellene az el-adásnak, hogy

dominium illorum intrare, & pro se vendicare voluerit (fiat apprehensio sive ingressio earūdem coram duobus juratis Civibus, ad id deputatis. Et si contradictor quispiam apparuerit, ac velamine contradictionis obviaverit, infra quindecim dies, rationem contradictionis suæ in præsentia ipsorum judicis & juratorum Civium ipse contradictor assignare tenetur.

Si verò contradictor non apparuerit: tunc ille, cui venditio & fassio facta fuit, dominium ipsarum rerum & hæreditatum ingredi securè poterit. Et si quispiam hominum aliquid juris ad illas habere se postea sperraverit: tandem infra anni revolutionem integram, & diem unam, si voluerit palàm vel occultè contradicere valebit. Nam aliter juris sui virtus extincta manebit. Palàm igitur contradixisse videbitur, si possessorem rerū & hæreditatum ipsarum in causam propterea convenerit, & infra dictam revolutionem annualem, processus & exordium causæ, sui judicis in conspectu inchoabitur.

Occultè autem sic contradicat, quòd coram judice, vel juratis Civibus prohibitiones legitimas & consuetas, infra diem & annum super hæreditatibus ipsis faciat, & ad civitatis librum annotari committat: nè præscriptio per negligentiam inhibitionis interveniat.

hogy az Biró elõt, vagy penig az eskût Polgárok elõt, tõrvény szerént való szokot tilalmokat esztendeig és egy nap alat az õrõkségrõl tegyen és az Város könyvében jegyeztesse: hogy az tilalomnak el mulatása által, avagy el hagyása miat *præscriptio*, az az, üdõ-mulás ne essék az õréá nézendõ õrõkségnek idegen által való birasában.

DE LEGITIMA præscriptione, inter Cives observari solita.

TITVLVS XV.

CIvitatenses enim, licet super rebus alienatis duodecim annorum curriculis præscribi & præscribere debeant: modo tamen quodam abusivo, & villanorum more, solummodo per integri spacium anni, & diem unam, modernis temporib⁹ præscribere consueverunt. Ubi autem actor sive contradictor ille suum adversarium hæreditatum scilicet vel rerum ipsarum possessorem, facta præmissa prohibitione, per anni spacium in litem attrahere neglexerit: tunc à die ipsius prohibiti-

AZ TÕRVENY-SZERÉNT való idõ-mulásról, mely az Polgárok kõzõt szokot meg-tartatni.

XV. TITVLVS.

NOha az Városbéli Polgárok kõzõt, az el idegenitet õrõkségekrõl való idõ-mulás tizenkét esztendõt tartot, mind-az-által mostan mód-nélkül, és faluſi módra esztendõt és egy napot tart. Ha penig az sérelmes avagy ellenzõ fél az õ ellenkezõjet, mely az el-adot õrõkséget birja, az tilalõnak még létele után, esztendõ forgassanak alatta, põrben idéztetni el-halgatná, tehát az tilalomnak napjától fogván alá-számlálván, minden esztendõ forgassanak, és meg tiltot napnak elõtte, ismégien tilalmat tegyen az meg mondot mód szerént: hogy mikor

kelle-

kelletik, és ůressęge lehet hozzá, tőrvénybē foghassa érette ellenkezőjét.

bitionis inclusivè cōputādo, rursū quolibet anno, infra alter us anni curriculū, & diē prædictū, inhibitiones (modo ātelato) faciat: ut dùm op⁹ erit, & poterit, litē super ea resuscitare valeat.

Ha kedig az Biró avagy az eskůt Polgárok az kik előt az tilalom tétel lőt, gyůlőlsęgből, haragból, avagy akar mi okból effęle tilalmot az Protocolumban, az az, az Város kőnyvében bé nem jedzetnék, avagy az tilalom levelet nem akarnák ki adni, tehát az tiltó az Ország Birája előt, vagy egyéb bizonyos helyben tudománt tehet az Biróra, csak hogy az tudomány-tétel (ahol szůksęg lészen) nyilván meg bizonyitassęk.

Si verò judex, odio forsitan vel rancore præconcepto, aut alia quavis ex causa factam, coram eo, vel juratis Civibus, hujusmodi prohibitionem in Prothocolum seu librum Civitatis annotare, aut literas prohibitorias dare recusaret: tunc poterit contra eum coram Judicibus Regni ordinarijs: in locis testimonialibus liberè protestari: dummodo ipsa protestatio (ubi necesse fuerit) valeat evidenter comprobari.

AZ POLGAROK Kőzőt való őrőksęgben, minden hozzá tartozandóval, mint kel kézhez venni.

XVI. TITVLVS.

ITEM, ha valaki valamely őrőksęget meg-vészen, mind az ő hozzá tartozandó birodalmával, az Polgárok kőzőt, tehát, ha csak az fő helt, és őrőksęget foglallya el, elég, és belé iktáttya magát. Mert az őrők-

QVOMODO HÆreditas, cum pertinētiis, inter Cives apprehendi debeat.

TITVLVS XVI.

ITEM, si quispiam rem immobilem & hæreditatē cum suis pertinentijs in medio Civium ipsarum Civitatū emerit: tùnc sufficit rem illam corporalem solam apprehendere & pro se sta-

tuere. Nam ea apprehensa, etiam illius pertinentiæ apprehensæ intelliguntur. Appellatione verò pertinentiarũ comprehenduntur omnia, quæ ad rem & hæreditatem hujusmodi corporalem, de jure vel consuetudine Civitatis spectare dinoscuntur. Nisi fortè per vẽditionem & emptionem ipsam aliquid de pertinentijs specificè fuerit exemptum pariter & retentum.

ségnek fő hellyét el-foglalván, annak hozza tartozandó részeit, és jovait-is tudni való dolog, hogy ezképpen magának foglalta legyen-el. Az hozzá tartozandóknak nevezeti penig mindent bé foglal, az mi effele derék örökséghez törvény szerént, avagy az Városnak szokása szerént, illenek. Hanem ha ne talám az el adásnak és az meg vételnek idején, az hozzá tartozandókból valamely részt ki szakasztanak, mellyet az el-adó magának meg akar tartani.

DE DEBITIS CIvium, ubi omnis probatio defecerit.

TITVLVS XVII.

ITEM, si quispiam Civium occasione debitorum per aliquẽ tractus in litem fuerit, & nulla probatio contra eum per actorem produci poterit: tùnc Civis ille juramento solius personæ suæ se expurgabit vetusta consuetudine civitatum liberarum requirente.

AZ VAROSBELIEK Adoságáról, kiről semmi bizonyságot nem álhatnak.

XVII. TITVLVS.

ITEM, ha valamely Városbélit, valaki adoságnak meg-fizetéséért pőrben fog, és az Fel pőres, az adós ellen bizonyságot elő nem hozhat: tehát az Városbéli, az szabad Városoknak régi szokások szerént, csak önnön személyének eskűvésével, meg-mentheti magát.

DE CIVIBUS, IN terris aliorũ hæreditates habentibus.

TITV-

AZ POLGAROKROL kiknek más földőn vagyon örökségek.

XVIII. TI-

XVIII. TITVLVS.

tionem impetrans, dicens quod in eorum pacifico dominio perstiterit: mentitur & talis donatio non valet. part. 1. tit. 37.

Annua revolutio sub qua statutio peragi debet, in bonis per adoptionem computatur, à morte adoptantis, part. 1. tit. 63. 65.

Annuam revolutionem in bonis occupatis perficiens, longo processu, non vi ejicitur.

Appellatur à judicio judicis nobilium, & jurati nobilis in causa migrationis coloni, ad Comitatus judicium, hinc ad sedem regiam. Tyr. 47. art 31. & 56. art. 28. imò à Comitatu ad sedem regiam non appellatur, Poson. 56. art. 28.

Appellatur in qualibet causa ex Transylvania & Sclavonia in curiam regiam. part. 3. tit. 3.

Appellatur de Comitatuum sede in curiam regiam, exceptis causis, in quibus reus solius actoris juramento se submittit. part. 3 tit. 35.

Appellatur ex Comitatu in curiam regiam, causa tamen exequutio remittitur ex curia, si causa habet in suo processu onus, aut Birsagium alioquin poterit mitti ad exequutionem statim de curia regia, part. 3. tit 6. 7.

Appellans semel ex Comitatu ad curiam regiam post remissionem, & judicium novum non appellat, altera pars appellat. part. 3. tit. 6.

Appellationes ex liberis civitatibus fiunt ad magistrum Thavernicorum, hinc ad personalis præsentiæ Locum tenentem, sed non in criminalibus, nisi forte penitus innocentem vellet damnare, quo in casu appellatur præcisè ad personam Regis, part. 3. tit. 11.

Appellatur de sede Vicariorum Ecclesiarum in curiam Regis. part. 3. tit. 35.

Hoc intellige tantum de transmissionibus ad vivendum, utrum concernat causa forum spirituale, aliter enim non est hoc verum, quia & cõsuetudo præscripta & Decretum majus VVladislai, art. 45. habet, quod ex foro spirituali in curiam romanam provocatur, nec valet hoc Decretum, vel statutum, quod est contra jus Canonicum, & diuturnam libertatem Ecclesiarum, qualia statuta non valent vt in prologo Tripartiti habetur. Et licet Tripartitum sit lex posterior, non derogat tamen legi priori hoc est Decreto Ladislai, quia non habet clausulam derogatoriam, prout deberet in tali casu. part. 2. tit 2.

Appellans ex excomitatu ad curiam regiam, in duplo ejus Birsagij convincitur si succumbit, quod ei fuit in comitatu impositum. VVlad. ma. art. 72.

Appellationes à tabula regia (id est foro) ad personam regis, interpositæ revisioni, Judicis tabulæ interesse possunt, sed in ea vocem non habent, Vul. admin. ar. 17.

Appellatur à Judice aresti, in causa debitorum in curiam, Vul. ad min. art. 24.

Appellans ex Comitatu in secunda sede, debet extrahere literas transmissionales alias sententia transit in rem judicatam, part. 3. tit. 35.

Appellationibus plures, quàm antea Prælati, & Barones adhiberi debent. 1. Pos. 75 art. 3.

ARX.

Arx vide etiam in dictione castrum.

Arcem in bonis propriis cuilibet, & comitatui unam communem extruere, cum scitu regis, licitum est. Vul. 7. art. 57.

Arces quæ habent proventus, non Regis, sed dominorum earundem sumptibus interteneantur. Poson. 63. art. 17.

Arces pluribus communes, communib⁹ sumptibus interteneantur, secundum limitationem Capitanei regni, & Comitis, quãtum quisq; eorum solvere debeat; ad intertentionem portionis nolentis contribuere, reliqui occupantes habent facultatem & convertendi ad defensionem loci. Pos 63. art. 19.

Arces habentes, & de proventibus nihil ad eas impendentes. Rex per Capitaneos, cogat ad officium. Pos 63. art. 16.

Arces ad Austriam impignoratæ, redimantur per Regem, vel regnicolus eos, qui volunt redimere, & interim ferant onera cum regnicolis æqualiter earum Domini, Poson. 63. art. 15. Poson. 67. art. 42.

ARCHIEPISCOPUS.

Archiepiscop⁹ Strigonienſis, & prior de Leunöld, jurant, quando judicialiter eis juramenta decernuntur, non in suis personis sed per suos officiales. Pos. 50. art. 64.

Archiepiscop⁹ Strigonienſis, gentes suas, ratione suorũ colonorum servet in Uyvvar, Pos. 56. art. 19.

Archiepiscopi Strigonienſis coloni sunt liberi à teloniis persolvendis. Pos 57. art. 16.

Archiepiscopus Strigonienſis faciat suum officium in Pisetario, tanquam contrascriba intertenendo, ad vitandam exportationem auri, & argenti de regno, Pos. 57. art. 15.

Architectos ad munitionem locorm finitimorum, Mt. sua mittat. Anno 56. ar. 4.

ARESTUM, ARESTATIO.

Arestationes facere non licet in propriis terris. Sigiſ. maj. art. 13. min. art. 5. neq; fratrum, vel Dominorum suorum terris. VVlad. maj. ar. 89, 90, sub pœna trium marcarum, & factum tale arestum, Comes cogit arestantem relaxare cum Byrsagio aliarum. VVlad. maj. art. 89. Imo arestans in propriis bonis, convincitur in facto potentiæ. Sig. maj. art. 5.

Arestatio in loco communi debet fieri, & hoc ita si judex loci, aut villicus, ubi debitor habitat requisitus, per creditorem justitiam administrare, aut sentẽtiam latam exequi non vult: quod postquam per creditorem probatum est, Judex aresti, ex parte arestati, judicium, & satisfactionem impendere tenetur. Sig. maj. art. 13. VVlad. mai. art. 89.

Arestari poterit debitor: qui debitum non negat & maleficus in loco communi. Matth maj. art. 29, VVlad. maj. art. 92.

Arestatio debitoris non fatentis debitum hoc ordine fit. Creditor defert eum Comiti. Comes debitorem arestat apud suum dominum, vt teneatur ad primum diem juris, sub pœna decem marcarum in sede judiciaria creditori responsurum eum statuere. Quod si statuerit, fueritq; statutus convictus, de bonis convicti, creditori

tori satisfaciat tàm pro capitali summa, quam pro expensis. Quod si non sufficiant bona ejus, tradetur in manus creditoris etiam caput debitoris. Si dominus ad mandatum comitis, ne ad secundum quidem terminum statuet debitorem: Comes de bonis domini satisfaciat creditori pro capitali summa, & expensis, Si comes impeditus fuerit facere hac in parte officium suum. Regia Majestas 25. marcas à domino exiget, & nihilominus coget illum satisfacere creditori. Mat. maj. art. 29

Arrestari nobiles in persona, vel rebus ipsorum non licet, nec colonos pro ipsis: alioquin arestantes convincuntur in vivo homagio arestati, & bonorum arestatorum æstimatione. VVlad. maj. art. 90.

Arestantes cives civitatum liberarum in propriis terris, incurrunt pœnam marcarum trium exigendarum, per magistrum Thavernicorum aliumvè suum superiorem. Sig. maj. ar. 21, VVlad. maj. ar. 91.

Aresti judex, si est loci judex, aut dominus, den: 40. Si villicus den: 12. habet pro salario. Sig. maj ar. 16, VVlad. m. a. 91.

Aresti judex dimittens, aut nolens arestare debitorem, tenetur pro eo arestari de toto interesse: nisi violenter eripiatur arestatus. Sig. maj. art. 14, Vl. ma. art. 89.

Aresti indebiti judex, & punitor, sit Comes, si factum est in bonis Comitis, universitas nobilium sit, & appellatur ab eorum judicio in curiam. Vlad. ad maj. art. 21

Arestare Decimatores non possunt, nisi in facto decimarũ, alioquin si arestaverint, decimas ejus anni, ob hujusmodi arestam dominus loci percipiet, & convertet ad usum finitimorum locorum. Vlad. 7, art. 44.

Arestari justi pro injustis non valeant, indebitè aliquem arestans, puniatur juxta regni decreta. Pos. 48, art. 65.

Arestum per colonos ubi, quibusvè locis fieri posit. Matt. art. 2, Vlad. in art. 92.

Arestatio indebita contra formam Decreti, non debet fieri, Pos. anno 1548, art. 65.

ARGENTUM.

Argenti marca ad Cameram regiam recipiatur pro flor. 6, minus unus orthone. Pos. in 45, art. 50.

ARMA.

Arma, vel victualia infidelibus submini-strans notam incurrit, par. 1, tit. 14. Vlami. art. 72, Pos. 46, art. 53, Pos. 63. a. 67.

Armorum simplex collatio non nobilitat, nec probat nobilitatem. part. 1, tit. 6.

Armatus sedem judiciariam intrans, si rusticus est, auferantur ei arma, & ipse in cippo per triduum jejunabit. Si nobilis, arma perdit, & unam marcam solvit judici, Mat. ma. art. 65, Vla. ma. art. 79.

Arma non ferant Fresbyteri, non beneficiati & Scholares, alioquin capti traduntur Prælatis puniendi, Vlad. 7, art. 60.

Arma ferens bubulcus, primò castretur, secundo capite plectatur. Et rusticus ferens bombardam, dextra manu truncetur. Vlad. 7, art. 60.

Arma ad tabernam, & nundinas proficiscentes deponat, secus faciens privetur armis, & jejunet in cippo tres dies. Matth. maj. ar. 66.

ASSE-

ASSESSORES.

Assessores sedes judiciariæ Regiæ Majestat. quot olim fuerunt videre poteris, Vlad. ad maj. art. 8. in min. art. 2. Pos. 42, art. 29 & quod octo ex illis interesse consilio debeant. Vlad. min. art. 7

Assessores nunc ad minimum debēt esse quatuor, quibus Rex dare tenetur salarium: Et si quis eorum mortuus, in illius locum locumtenens alium eliget. Archiepiscop⁹ quoq; Strigoniens. duos assessores dare tenetur. Pos. 57, art. 13

Assidebunt in judicio unus Prælat⁹, & unus Baro, ad minimum judicibus ordinariis, & possessoribus aliis. Pos. 56 art. 36

Assessores debent esse literati. Pos. 74. secund. art. 16

Attestationes, Vide communis inquisitio.

Ancarij, Vide infra LUDAS.

AUCUPIUM.

Aucupium & venatio prohibita rusticis. Vlad. 5, art. 18

AURUM ET ARGENTUM.

Aurum & argentum non cusum efferenti è regno auferre, & ipsum capere potest quilibet licite. Vlad. maj. art. 32, min. ar. 31 Pos. 52 art. 37, Pos. 57, art. 15

Aurum & argentum ubicunq; repertum ad Regis Cameram vendatur: aliis vendens perdit metalla, pro faciendis tamen sciphis, cochlearibus, potest quilibet licitè pro se retinere. Sig. 3, art. 13

Aureus pro 110. den: accipitur. Sig. min. 3, art. 7

AVITA.

Avita bona in successorum præjudicium nemo potest alienare, nisi in casu expresso in voce. alienare, part. 1, tit. 58.

B.

BAbcæ Bohemicæ tres pro crucifero accipiantur, Pos. 1548, art. 47.

Barones duos interfint judiciis. Vlad. art. 2. Tres. VVlad. ad maj. art. 8. Unus Posonienſis 59, art. 38, & totidem Prælati.

Barones regni sunt isti: Palatinus, Judex curiæ, regnorũ Croatiæ, Dalmatiæ, Sclavoniæ Bani, VVayvoda Transylvanus, Zvverinensis, & Machovienſis Bani, Tavernicorum, Janitorum, Pincernarum, Dapiferorum Agazonum, regalium & reginalium magistri, Temesienſis & Posonienses Comites, part. 1. tit. 94.

Baronum homagium marcæ centum, facientes flor: 400.

Baronum & Prælatorum absentia non obstante, judicia in tabula procedant, sed appellatione non, Pos. 66, art. 22.

Baronis juramentum pro decem nobilibus acceptatur, part. 2, tit. 4.

Baronum relictarum dos, flor: 400. part. 1. tit. 93.

BELLUM.

Bello occumbentium hæredes Rex tenetur remunerare, Andr. 2, art. 10

Bello capta spolia Rex nemini auferat. Albert. art. 13.

Bellico judicio, vel per bellicos judices possunt judicari violentiæ sub expeditione cõmissæ, si ibi vult requirere injuriam passus: licet

licet tamen ei indigenas, miiltes etiam coram judicibus ordinariis requirere, si vult, sed non externos.
Pos.1555. art. 2. pos. 67. art. 48.
Bello cruciato interemtorum hæreditas si filiis carent, ad uxores, & filias cedant.
Vlad. 7. art. 62.
Bellici judices non possunt judicare jus possessionarum, & sententiæ per eos in tali casu latæ nullæ sunt. Pos. 67. art. 41.
Bellicis in rebus adhiberi debere Consilium Ungaricum. Pos. 69. & 78. art. 38.
Beneficia Ecclesiastica, quæ à Laicis possidentur, vel à Rege inscripta sunt, recipiantur.
Item hæc & alia vacantia conferantur personis idoneis. Pos.48.art.8.Pos.50.art.18 Pos. 52. art. 43. Sop. 53. art. 9. Pos. 67. art. 31.
Beneficia Ecclesiastica Rex confert, Papa cõfirmat. part. 1. tit. 11.
Beneficia Ecclesiastica per secularem non occupentur. Alb. ar. 21.
Beneficia Ecclesiastica externis non conferãtur. Andr. ar. 11. Alb. ar. 3. VVlad. ad m. art. 30, 31, 36. Pos. 52. art. 42. Pos. 50. art. 18. Sop. 53. art. 9.
Beneficia Ecclesiastica liberè conferant patroni solis indigenis. VVlad. ad ma. ar. 30
Beneficia Ecclesiastica plura unus non teneat. Vlad. min. ar. 56. ad maj. ar. 28. in sexto art. 24. Alb art. 8. Pos. 48. art. 6.
Beneficia Ecclesiastica in habitu laicali, nemo teneat. VVlad. min. art. 59.
Beneficia Ecclesiastica dignis, & benè meritis conferantur. VVlad. min. art. 67.

TIR-

BIRSAGIUM.

Birsagium trium Marcarum exigat Comes ab eo, qui detinet colonum, legitimè trãsmigrare volentem & permittat colonum cum omnibus bonis, ac recuperatis damnis discedere. Sig. maj. ar. 9.
Birsagium trium marcarum exigat Comes a villa, lucrum camera quæ non solvit. Ibidem.
Birsagia à conjunctis infra quindenam non solventibus, per occupationem bonorum æquivalentium exigent comites parochiales. Mat. maj. a. 52. VVlad. maj. ar. 66.
Birsagia Comites, & judices nobilium æqualiter inter se distrubuent. Sig. ma. art. 3.
Birsagiorum judicialium in solutionem acceptentur pecora, juxta æstimationem. Part. 1. tit. 134.
Birsagium qui statim, causa finita, ante executionem, coram judice solvit, floreno uno marcam compensat, Part. 2. tit. 86.
Birsagium non solvens coram judice ante executionem sententiæ judicem evocans ad ejus solutionem, pro una marca florenos duos dat. Part. 2. tit. 86.
Birsagium quando per executionem sententiæ exigitur, pro una marca floreni quatuor dantur. Ibidem.
Birsagia solum in tertia evocatione, ex simplici evocatione processura duplantur. Ibidem.
Birsagium primæ sententiæ (per non venit) marca. Ibidem.
Birsagium non comparationis ad secundam evocationem marca, 3. & pro non solutione marcarum priorum, duplum. Ibidem.

Birsa-

Birſagium in ſimplici poſſeſsionaria ſtatutione., vel metali reambulatione, ſimplex exigitur, Ibidem.

Birſagium in brevib⁹ cauſis, marca 3, Ibid:

Birſagium actoris non comparentis in regio judicio, marca 6, Ibidem.

Birſagium pro quolibet colono ſtatui cõmiſſo, & non ſtatuto, marca una, Ibidem.

Birſagium ſolvi poteſt rebus mobilib⁹, juxta æſtimationem, Ibidem.

De Birſagio judicis ordinarij ſtatim poſt ſententiam primæ parti vincenti, deinde ſibi à parte victa ſatisfieri curent, Sigiſm. maj. art. 9, Mat: maj. ar. 52. VVlad. maj. art. 66.

BLASPHEMI.

Blaſphemi, qui maledictis peranimam, vel ſecreta utuntur, primò publicè cædantur, ſecundò capitibus plectantur, qui eos audiunt & non deferunt eadem pœna puniantur, Poſ. 63, art. 42.

BOMBARDÆ.

Bombardarum vecturas faciant liberæ civitates, & neceſsitatis tempore etiam coloni dominorum, ac nobilium, pro mercede tamen, Poſ. 69, art. 26.

BONA.

Bonorum per ſe acquiſitorum liberam habet poteſtatem alienandi, vel aliter liberam diſponendi quilibet, ante diviſionem cum patre vel filio, vel fratribus factam, part. 1, tit. 5.

Quomodo autem hoc intelligendum ſit, videlicet, alienare realiter, non pro ſe, aut ſuis poſteris retinere, vide part. 1, tit. 43.

Bona ſine legitimo, hærede decedente, ad Regem devolvuntur. part. 1, tit. 10.

Bona, contra ſtatum publicum, & regiam dignitatem ſe erigentia, ad collationem Regis pertinent, part. 1, tit. 13.

Bona nota infidelitatis vel capitali ſententia damnati, & occiſi, non auferuntur, ſed relinquuntur hæredibus, demptis his quæ dum captivatus eſt, penes ſe habuit. Matt. maj. art. 55, Ludo: 1, art. 10.

Bona latronum, furum & aliorum malefactorum qui capitis pœnam ſubeunt, non devolvũtur ad Regem: ſed ad hæredes legitimos. Part. 1, tit. 15.

Bona nota infidelitatis condemnatorum perpetuò amittuntur, neq; revertuntur ad hæredes. part. 1, tit. 16.

Bona conſerat Rex indigenis benemeritis proprio motu, uſq; ad 100 colonos, Ultra 100 de conſilio Prælatorum, & Baronum VVlad. ma. ar. 9, ad ma. ar. 2, min. ar. 26, quinto art. 10.

Bona ſecularia Eccleſiaſtici, nec eccleſiaſtica bona ſeculares pro ſe impetrant, VVlad. min. art. 55.

Bona partim ſervitiis, partim pecuniis acquiſita, maſculinos tantum hæredes concernunt, part. 1. tit. 21.

Bona empta à fratre per fratrem, qui alioquin deficiente venditore, ſuccederet, non deſcendunt ad filias, ſed filios tantum emptoris, part. 1, tit. 21.

Bona ſervitiis acquiſita, fœmineum ſexum non ſequuntur, part. 1, tit. 18.

Bona, paternis, aut maternis pecuniis empta, ſexum utrum q; ſequuntur. part. 1, tit. 17, 19.

Bona infidelitatis nota damnatorum, aut sine hærede decedentium, debent impetrari, aut donari non simpliciter, titulo juris regij sed per notam declarando, qualiter eam incurrerit, vel titulo defectus seminis talis, &c. licet potest addi etiam titulus regij juris, part. 1, tit. 25.

Bona impetrans injustè juris regij, aut nota infidelitatis nomine, condemnatur in eorum æstimatione perennali, par. 1 tit. 26.

BONA AVITICA.

Bona avitica æqualiter dividuntur inter fratres, domo excepta, quæ cedit majori, Part. 1, tit. 40.

Bona per aliquem fratrem acquisita, ante divisionem paternorum, dividuntur inter omnes fratres cum paternis, part. 1, tit. 43.

Bona per se acquisita potest quis retinere per se, nec dividere cum fratribus, si paternis in totum renunciat, part. 1, tit. 44.

Bonorum alienorum per Regem factæ donationes, vel Inscriptiones, jure examinentur. Novizolien. 15, 42, art. 12.

Bona pluribus personis in conjunctis sanguine donata, non descendunt inter eos reciprocè, sed portio deficiens ad fiscum devolvitur. part. 1, tit. 47.

De bonis acquisitis per se, vel per contractū fraternalis adoptionis, sive sui præfectionem in marem consequutis potest quilibet disponere filiis Invitis, part. 1, tit. 57.

Bona collata, vel inscripta alteri, quacunq; ratione, sine clausula (nihil juris est) deficiente eo, cui collata, vel inscripta sunt, redeunt ad conferentem, & inscribentem, vel ejus hæredes, cum clausula eadem non redeunt, sed devolvuntur ad fiscum, part. 1, tit. 69.

Bona ecclesiarum quibuscunq;, & per quoscunq; occupata, vel oppignorata, de facto restituantur, & creditores requirant suam pecuniam de manibus oppignorantium. Pos. 67. art. 31, Pos. 48. art. 8.

Bona, & proventus ecclesiarum desertarum convertantur ad concionatores, & Scholarum intertentionem, Pos. 48, art. 12, Pos. 50, art. 19

Bona Ecclesiastica non perduntur per delicta ecclesiasticarum personarum, par. 2, tit. 44, 57.

Bona Ecclesiarū quovis modo alienata, possunt requiri per ecclesiasticos, & eorum Prælatos, ac superiores, Pos. 57 art. 11, Pos. 50, art. 20.

Bona ecclesiarum inscripta Rex eliberet, Pos. 50, art. 17. Pos. 48, art. 8.

Bona præcisè ad sententionatum pertinētia, filiorum, fratrum, indivisorū, omniumq; hæredum portionibus excisis assignantur judici, & adversæ parti, part. 2, tit 60.

Bona occupata de manibus fideliorum regis his disturbiorum temporibus, sub pœna notæ infidelitatis, usq; ad festum nativitatis restituantur, & restituere non curantibus, ea auferant Capitanei, & reddant legitimis Dominis, cognita tamen primò rei veritate de occupatione, Pos. 63, art. 44.

Bona occupans, & postea impetrans, vel impetrans quidem prius, sed contradictione non curata, se in illa immittens, perdit impetra-

impetrata, & alia quæ habet,
Pos. 63, art. 43.
Bona sua per vim occupata ab occupatore, vi vt posset quilibet reoccupare. statutum erat, *Tyrna: 45, art. 4.*
Sed Rex hunc Articulum non admisit, prout patet in ejus replicatione confirmatoria, *art. 3.*
Bonorum occupatores novos non patiantur in eis annum complere; sed ejiciant per Comites, vice-comites, Judices nobilium, invocato etiam auxilio Capitaneorum; sub pœna amissionis officiorum,
Pos. 42, art. 5.
Bona aliorum occupata, quæ Rex habet in suis manibus restituat, *Zol. 42, art. 9,*
Pos. 52, art. 19, Pos. 63, art. 42.
Bona, & proventus aliorum à Rege cuipiam donata, vel inscripta, restituantur suis dominis (cognitio de donationis invaliditate per Regem, & Prælatos, ac Barones) 15, die, à die prolationis sententiæ super invaliditate. *Zol. 42, art. 123.*
Bona occupata tempore disturbiorum, post mortem Ludovici Regis debuerunt restitui, per eos, qui tunc ea tenuerunt dominis legitimis, circa Dominicam Palmarum Anni 1542 sub pœna notæ perpetuæ infidelitatis. Sic & decimæ, & ecclesiastica bona, simul cum castellis per occupatores in bonis occupatis denuò ædificatis,
Zol. 42, art. 3, 45.
Bona occupata, si quis occupatorum non restitueret: juxta tenorem articulorum Novizolensium Comites & vice-comites Judicesq; Nobilium comperta querelæ veritate, ad querelam, injuriam passi. Capitaneos generales requirant, aut saltem eorum alterum, qui tenebuntur; & cum Comitibus, qui bonis occupatis sunt viciniores contra occupatorem insurgere, occupata ab eo recuperare, & legitimo Domino restituere, imò & universa bona tales violenti, tanquam infidelis, auferre. Quæ vendantur per auctionem, & adregni necessitates eorum pretium exponatur, *Zol. 42, art. 6.*
Bona occupata post mortem Ludovici Regis si non sunt restituta, juxta articulos Novizolienses, vel post restitutionem denuo sunt occupata, Comites Comitatuum requisita à vice comitib°, & judicibus Nobilium, sub pœna amissionis officiorum, suorum legitimis dominis restituant. Et si idem Comites restituere non valent, Capitaneos requirant, qui tenebuntur executionem facere constitutionum Novizolienſium, *Poson. 42, art. 1, 2.3.4.5.*
Bona occupata juxta prioris dicta Novizolienſis constitutiones restituantur,
Zol. 42, art. 52.
& violenti occupatores, etiam post restituta bona, requiri possunt juris ordine, ratione occupationis, damnorum. Ibidem.
art. 3.
Bona occupata, & proventus utriusq; status, debeant per omnes, & inprimis Capitaneos restitui suis dominis, usq; ad Dominicam Oculi, anni 1545, juxta constitutionem priorem Novizolien. reoccuperatorum bonorum restitutorum pœna in eodem conventu Novizolienſi, per Capitaneos, Comites &c. puniendi,
Tyr. 45, art. 2.

Bona post obitum Ludovici Regis occupata & juxta priores constitutiones non remissa, Comites & vice-comites reddant, sub pœnis in iisdem constitutionibus contentis, & nihilominus violentia passus in violentum, & receptis bonis agere, possit, ratione violentiæ & damnorum, qui ad restitutionem hac via cogi non posset, cum Rex per comitatum certificatus tanquam condemnatum intra, & extra regnum in persona & bonis, absq; ulteriori processu puniat in integrum restituto per Capitaneos spoliato.

Pos. 46, art. 24. Tyr. 47, art. 21. Poson. 48, art. 16.

Bonorum occupatorum restitutis in superioribus conventibus statuta extendere ad Transylvaniam, cum termino quindecim dierum, à proximo ejus provinciæ conventu, ubi exequutor constitutionum VVayvvoda datis, & ad partes regni, quæ tunc redierant, ad Regiæ Majestatis obedientiam cum termino festi S. Georgy.

Pos. 1552, art. 16.

Bonorum occupatorũ, & juxta publicas constitutiones non remissorum, ratione motæ, ea extra seriem continuè judicentur, & fiat in illis executio absq; inhibitione, & repulsione.

Sop 53, art. 21.

Bona occupata, & Rex, & alij juxta constitutiones priores, remittant.

Pos. 54, art. 15.

Bonorum occupatorum, & nondum restitutorum, domino legitimo mortuo, hæredes ipsius possessorem eorundem evocent, & si compertum fuerit, quod ad ipsos jure pertineant, per judices eis restituantur, contradictione, inhibitione & repulsione non obstantibus, Zol. 42, art. 8.

Bonorum minoris momenti: (ut sylvarum, terrarum, montium, piscinarum, metarum &c.) occupatorum, restitutio fiat per Comites, & vice comites pro rescita de occupationis veritate contradictione, & inhibitione non obstantibus; contra resistetiam restitutioni procedatur juxta articulos Novizolienses, Pos. 42, art. 5.

Bona ad se devoluta Rex occupet, & ordine antiquitatis observari solito.

Pos. 50, art. 76.

Bona ad Austriam olim oppignorata, subsint in omnib° jurisdictioni regni onerabq; cum aliis regnicolis, communiter ferant eorum incolæ, & domini.

Pos. in 48, art. 63.

Redimantur vel per Regem, vel Hungaros aliquos de consensu Regis, Pos. 52, art. 33. Soppro. 53, a. 30. Pos. 56, a. 41.

Bona rebellium, qui occupata, juxta publicas constitutiones non restituunt, per auctionem vendantur, & postquam de precio eorum damnificatis, per ipsos fuerit satisfactum; reliqua pars exponatur ad regni necessitates, Zol. 42, art. 6.

Pos. 42, art. 7.

BRACHIUM REGALE.

Brachij Regalis usitatam invocationem serv ent judices Ecclesiastici. Et quomodo ejus executio fiat per Capitaneum, in Rakos.

Pos. anni 52, art. 25.

Breves evocationes abolet. Matth. anno, 1464, art. 4

Calu-

C.

Calumniæ pœnam subit, qui universa literalia instrumenta ab aliquo requirit; & tamen postea aliquibus earum uti deprehenditur. part. 2, tit. 34.

Calumnia committitur, si coram duobus judicibus, vel sub duplici colore eandem causam quis agit, si expeditum semel pro dote quarta debito, & pignore, vel ejus hæredes in jus vocat. Si semel terminatam simpliciter sine gratia novi judicij resuscitat. part. 2, tit. 70.

Si novum judicium impetrat & non prosequitur. Ludov. 2, decr. art. 29.

Calumniæ pœna amissio rei, quam quærebatur, & floreni, 200, part. 2, tit. 70.

Calumnia non committitur adversus malæ fidei possessorem, nec potest is eam allegare. part. 2, tit. 71.

CAMERA.

Camera, vel director Regis, cum mandato suæ Majest. Judices non inhibeant. ordinaria in aliqua causa à sententia pronunciatione. Pos. 66, art. 25.

CANCELLARIUS.

Cancellarius literas in publicis comitatuum negotiis gratis expediat, Pos. 42, art. 43.

Cancellarij non extra det literas contra leges. Zolien. 43, art. 31.

Candentis ferri, & aquæ judicium coram tribus testibus fiat, S. Lad. lib. 1, cap. 28.

Non potest fieri nisi in Episcopatib⁹, & præposituris, Posonij & Nitriæ. Colom. lib. 1, art. 22.

CANONICI.

Canonici, non rectores altarium, vadant ad executionem in capitulis. Matth. maj, art. 10.

Capetiæ quatuordecim computent. per flor. 1. in Decimarum venditione. Matth. decret. 5, art. 5.

Capitali pœna affecti bona devolvuntur ad hæredes, part. 1, tit. 16. Matt. maj. ar. 58. Lud. 1, art. 10.

Capitali sententia condemnati, cum quo gratia facta est, bona redimant hæredes de manu judicis & adversarij, par. 1, t. 16.

Capitali sententiam incurrens cum adversario sive ante, sive post latam sententiam concordans non aget gratia. Ibidem.

Capitalem per sententiam, sive pro emenda capitis occupata bona, dum redimuntur, æstimantur particulatim omnia, hoc est, non sessiones tantum, sed etiam prata, agri, &c. demptis terris, & pratis, directè ad sessiones colonicales pertinentes. part. 1, tit. 134.

Capitalis sententia ferri solet ratione invasionis domorum, interemptionis, verberationis, & detentionis nobilium, item occupationis jurium possessionariorum. part. 2, tit. 42.

Capitalis sententia contra fœminas non fertur, nisi in casibus istis, videlicet maritos, parentes, vel liberos necaverint, vel necari fecerint. part. 2. tit. 43.

Capitalis sententia contra ecclesiasticos non fertur, sed loco ejus sententia capitis emẽdæ pronunciatur exceptis casibus criminis læsæ Majestat: notæ infidelitatis & voluntarij homicidij in quibus fertur. part. 2, tit. 44

Capitalis sententia inter fratres generationales non pronunciatur. part. 2, tit. 42.

Capitali sententia damnatus, perdit omnia bona mobilia, & immobilia, simul & caput: à judice potest capi, non ab adversario servatur. Captus per triduum pro cõcordia, postea occiditur, occisi bona pro hæredibus, absq; omni solutionis onere. Part. 2, tit. 55. Lud. 1, art. 9. Matth. maj. art. 55. Vlad. maj. art. 74.

Capitali sententia damnatus, quando evadit mortem, bona ejus non modò hæredes, sed vicini quoq; redimunt, in termino tempore exequutionis sententiæ asignato, de manu judicis, & partis. part. 2, tit. 56.

Capitali sententia damnato, gratia regia vitam reddit, & duas partes bonorum judiciariorum (si coram Palatino damnatus est, quia tunc ille duas partes sunt Palatini, vel cui is donavit:) tertia pars bonorum, & homagium debetur nihilominꝰ actori. part. 2, tit. 57.

Capitali sententia damnatus, habet gratiam per integrũ annum, si non concordat cum adversario, reincidit in priorem sententiam. Ibidem.

Capitalis sententia debet executioni demandari infra annum. Ibidem.

Capitali sentẽtia gravatus, si incidit in manus judicis, gratia ei non suffragatur, potest tamen se redimere, & alienatione bonorum in præjudicium successorum fiẽda. Ibidem.

Capitalis per non venientiam lata, inhiberi potest, nec ejus rigore, antequam literæ sententionales extra dentur, potest capi convictus. part. 2. tit. 58.

Capitali ex allegationibus, & responsione lata convictus, statim capitur, part. 2. tit. 58

Capitali sententia feritur, bona in alium devoluta violẽter occupans, part. 1, tit. 68

Capitanei advertant, ne arma, vel cuprum Turcis deferant, nec ipsi donent, aut vendant. Pos. 63, art. 67.

Capitanei non jurati, jurent sub amissione officiorum. Pos. 63, art. 66.

Capitanei raptores, spoliatores, oppressores pauperum, inflagranti crimine deprehensos, comperta rei veritate, morte, vel alia condigna pœna afficiãtur. Tyr. 45, art. 44

Capitanei Hungarici, & externi dependeant à Palatino. Pos. 55 art. 1.

Capitanei ultra citraq; Danubium sint Hũgari, alioquin non possunt levare regnicolas, nec eis in expeditione imperare. Pos. 53, art. 4.

Capitanei tribꝰ ex causis possunt facere executiones, contra violentos. Primò ex ultima sententia judicum ordinariorum expletis omnibus judiciorum processibus lata: Secundò ex transgressione constitutione Novizolensium: Tertiò ex aperta ablatione violenta decimarum oppressione, colonorumq; palam per quemcunq; fieret. Tyr. 47, art. 18.

Capitanei sub amissione officiorum suorum debent exequi sententias, prohibitis aliis judiciorum processibus, requisiti tamen per Regis, aut locum-tenentis literas. Pos. 53, art. 29. Pos. 67, art. 36.

Capitanei bona aliena in manibus habentes, (si comitatꝰ testimonium dederit, illa bona violenter esse occupata) teneantur juramento se purgare, aut sub pœna amissionis officiorum restituere. Pos. 63, art. 75.

Capitanei ad incertos rumores, ac ob particulares hostium excursiones non levent nobiles. Pos. 66, art. 18.

Capitaneus Hungarus eligatur in partibus superioribus. Pos 69, art. 34.

Capitanei villas nobilium ne distribuant, juxta prohibitionem, Anno 1563. Pos. 78, art. 6.

Capitanei provideant, ut decima integrè solvantur. Zol. 43. art. 29.

CAPITULARE TESTIMONIUM.

Capitulare testimoniũ antequam emittatur, præstet juramentum, de agendo fideliter, part. 109, Sig. art. 8, part. 175. Matt. majo. art. 10. & Vlad. 1, art. 43.

Capitulare testimonium in exequtione falsitatem faciẽs, amittit beneficium & perpetuo carceri tradatur. Pos. 223. Vlad. maj. art. 43.

Capitulare testimonium, salarium expensæ ex d. 12, in diem, Sig. maj. art. 10. Matt. maj. art. 12, min. 10, Pos. 50. art. 63, Pos. 46, art. 36.

In equo proprio incedentes grossi, 2, in equo patris grossus 1, Lud. 1. art. 21.

Capitulare testimonium verbo turbans inhonesto, in florenis 72, verberibus, majori potentia, morte mulctans nota infidelitatis. Vlad. 1495. art. 9.

Capitulares personæ privatæ pro actibus potẽtionariis à se patratis, ex his bonis capituli evocabuntur, ex quibus actus patraverunt. part. 2, tit. 46.

Capitularis una persona si sententionabitur, de ejus beneficij proventibus reliqui Canonici nonici satisfacere teneantur. part. 2, tit. 47.

Capitularem, & regium homines falsam relationem feciſſe criminans, requirat eos juramento tamen causa principalis per hoc non retardetur. part. 2, tit. 47.

Capitulare testimonium, & regium hominem turbans, notam incurrit. part. 1, tit. 14. Vlad 5. art. 5. Poson. 42, art. 29. Ubi auditur, quod gratia regia ei non suffragatur.

Capitulorũ testimonia quales debent esse personæ. Sig. maj. art. 8, Matth. maj. art. 10. Vlad. 1, art. 43.

Capitula falsas literas conscientia, quomodo puniantur. part. 2, tit. 16.

Capitulorum, vel conventuum propinquiorum testimoniis est utendum in exequtionibus. part. 2, tit. 21.

Capitula Boznense, Brodense, cruciferi de Alba ubiq; possint exequi. part. 2, tit. 21. Lud. 1, art. 21.

Capitulum quoq; Strigoniense per totum regnum exequtionem facere valeat, & quas fecit ratæ sint. Tyr. & Pos. 56. a. 39

Capitulum Agriense exequatur, etiam in Comitatibus Zemliensi, Ujvár, Ung, Bereg, Mara, Marosis, Ugocha, Szolnok, Karaszna, & in his locis, in quibus Varadiense Capitulum procedebat. Pos. 50, art. 63. Pos. 57. art. 21.

Capitulum Scepusiense usq; ad eliberationem Convẽtus de Leleſz, potuit procedere, ubi ibidem Conventus solitus est exequtionem facere. Pos. 57, art. 21.

Capitulum Varadiẽse potuit exequtionem facere legitimam, etiam tempore fratris Georgij. Pos. 48, art. 64.

Capitulum vel Conventus collectivè condemnatur in omnibus causis, præter crimen læsæ Majestatis, notæ infidelitatis, & homicidij deliberati, quia in his casibus singuli delinquentes puniuntur.
part. 2, tit. 46.

Capitulum & Conventus parta literarum evocatoriarum non extradata, sine literis præceptorialibus extra det.
Pos. 50, art. 58.

Capitulum Castriferrei transferatur cum sigillo Saboriam. *Pos 78, art. 20.*

Capi potest Nobilis etiam per rusticum in certis casibus, *part. 1, tit. 14.*
De quibus vide infra nobilis.

Captivis non licet armis datis se à Turcis redimere. *Pos. 63, art. 67.*

Captum malefactorem ultra triduum non privilegiatus, apud se non potest detinere, sed debet Comiti assignare.
part. 3, tit. 32.

Captivatores judicum nota incurrunt.
part. 1, tit. 14

Caritativum subsidium semel tantum exigat Prælatꝰ à Plebanis, Vlad: 5, art. 12.

Carolo & Ernesto Archiducibus in Ungaria res bellicæ concreditæ, Pos. 78, art. 15.

Cassovienses Cives ne turbent viatores.
Vlad: 5, art. 19.

Casus notam infidelitatis afferẽtes, Vide infra nota infidelitatis. *Pos. 78, art. 22.*

Castrorum traditores, expugnatores, interceptores, desertores nota infidelitatis feriuntur. *part. 1, tit. 14. Vlad: ad maj. art. 4, 37, min. art. 42. Pos. 56, art. 56.*

Castra, & Castella, ac fortilitia noviter extructa, destruantur per Capitaneos.
Zol. 43.
Zol. 43, art. 4. Pos. 46, art. 28.
Tyr. 47, art. 16.

Castrensi Judicio contra damnificantem militem indigenam (coram Capitaneo) vel in sede regia ordinariè damnificatus contendere potest externum militem generalis Capitaneus judicat.
Poson. 48, art. 17.

Castrensi judicio possessionario vis non judicatur. *Pos. 67. art. 41.*

Castrum extruere, vide supra Arces.

Castra finitima committenda possessionatis, & militibus Officialibus, victualibusq3, & aliis necessitatibus per Regem providenda, quæ si provisa perdat Officialis notam incurrit. *Vlad: maj. art. 33.*

Ex castris finitimis bombardas, & victualia efferens perdit bona, & caput.
Vlad: ad maj. art. 35.

Et talia exportata, si ad quempiam domo, vel qualitercunq3 pervenerint, is & bona perdit. *Vlad: ad maj. art. 35.*

Castra finitima duobus conferantur, quorum alter sub pœna capitis, semper domi resideat. *Vlad: ad maj. art. 36.*

Castra finitima visitentur, & Rex de eorum statu informetur. *Vlad: min. art. 43.*

Cathedraticus census ab ecclesiis penitus desolatis, non exigatur, ubi pauperes ecclesiæ sunt, ibi per homines prælati, & vice-comitum moderetur. *Vlad: ad min. art. 38. Pos. 69, art. 40.*

Causa quid sit, à judicio, & justitia quid differat. *Prol. Tripart. tit. 13.*

Causæ extra ordinariæ. Personalis ammonitio, factum honoris, tutelares, fisci de juribus possessionariis.

CAU-

CAUSÆ EXTRA SERIALES.

Causæ divisionales inter fratres condivisionales, si admonitio fiat, per Protonotarium, aliàs non. part. 1. tit. 45.

Causæ tutelares. 1555, art. 2.

Transgressio mandatorum, & non observatio eorundem.

Personalis ammonitio.

Causæ dotum, & rerum paraphernalium.

Causæ ratione bonorum ex regia donatione. Pos. 1569.

Causæ in facto honoris.

Recuperatio bonorum statutorum.

Occupationes factæ sub dicta, vel tunc alia quæcunq; illata damna. part. 2, tit. 18.

Causæ evictionum. part. 2, tit. 18.

Novi judicij. part. 2, tit. 18.

Concambij simulatè in fraudem fratrum facti.

Causæ ratione bonorum, in quibus statutio præcessit, sed propter loci distantiam contradictio non fuit facta. Pos. 68, art. 46.

CAUSÆ QUÆ IN BREVIbus brevium Locum-tenenti adjudicari solent.

Transmissionum.

Novarum violentiarum.

Bonorum occupationum, Tyr. 45. art. 35.

Quinq; casuum. Pos. 42, art. 26.

Violentarum occupationum. Pos. 48.

Inhibitione, & repulsione non obstantib⁹. 52.

Violenta onera. 55.

Tributorum.

Teloniorum. 55 & 57.

Indebitarum exactionum. 59.

Tutelarum. 1555, art. 2.

Dotum, paraphernalium, Vlad: dec: 4, a. 16

Jurium pignoratiorum. 1555, art. 2.

Interceptionum.

Occupationum castrorũ, & aliorum actuum potentionariorum, morte olim Ludovici Regis, & non ante. Et quod ista judicia durent per 40. dies. Poson. 1563. art. 48.

Causæ defectus seminis, Art: 66, art. 21.

Causarum processus tractantur in secunda parte, eadem parte. tit. 1.

Causa in facto juris possessionarij impignoratiorum, quartalitiorum, dotum paraphernalium, debitorum, obligaminum, divisionum inter fratres, & novorum judiciorum, eo precisè brevi tempore finiũtur, quo causæ per insinuationem motæ. part. 2, tit. 18.

Causæ antè, & post obitum Ludovici Regis motæ, indifferenter judicentur, demptis causis ratione bonorum, Johannis Regis. Poson. 63, art. 24.

Causæ per ammonitionem simplicem, aut evocationem ac statutionem, & recuperationem bonorum, vel metalem reambulationem motæ, in quatuor terminis octavalibus finiri debent. part. 2, tit. 18.

Causæ spirituales in prima instantia non coram Papa, nec coram ejus nuncio tractandæ, Matt. maj. art. 47, 48, min. art. 11. Vlad: maj. art. 45, neq; coram Archiepiscopis, sed coram ordinariis. Vlad: ad maj. art. 10.

Causæ prophanæ, in foro ecclesiastico, non tractentur, sub pœna amissionis officij, nec

in foro seculari ecclesiastica, Sig: maj. art. 12. Vlad: min. art. 60. 61. 62. Ad min. art. 30, min. 50, art. 25.

Causæ ecclesiasticæ sunt istæ, matrimonij, testamentorum, dotum, rerum paraphernalium, jurium quartalitiorum, perjurij, verberationis, & spoliationis Clericorum, & mulierum, & aliæ, quæ prophanæ non sunt. Vlad: maj. art. 46. art. 8.

Szziglagy addit decimalibus. art. 8.

Item, circa ministeria & defectº factorum Fidei, & hæresis, decimarum realium & personalium, viduarum, & miserabilium personarum, quæ non sunt de jure possessionario. Matt: 1. art. 3.

Causæ usurarum, & quarum finis est correctio, & in quibus quis incidit excommunicationem. Matt: anni 1562.

Partus à mulieribº factæ necationis, raptus mulierum, maleficij, adulterij, Col: 1, art: 58, 59, 60.

Homicidij. Col: art. 50.

Violatæ fidei, & omnium perjuriorum causæ, quod ad forum spirituale pertineant, habetur in art. Matt: tempore coronationis editis. art. 3.

Et in decreto majori. Vlad: art. 46.

Violatæ fidei causæ post mortem illius, quì eam præstiterat, non judicantur in sede spirituali. part. 2, tit. 52.

De causa aliqua ecclesiastici, & seculares judices si concordare non possunt, utris ipsorum competat ejus judicium. Ibid:

Regi servatur hujus dissensionis discussio ubicunq; fuerit tunc, cum suis consiliariis. Sig. in Decr: anni 1405. art. 14.

Causæ factum juris possessionary concernētes, & si testamentum, aut promissio intervenerit, item, ratione debitorum mota, non judicantur in sede spirituali. part. 1 tit. 52.

Causis in spiritualibus non coràm Dominis conveniuntur rustici, sed coràm spiritualibus judicibus. part. 3. tit. 25.

Causæ quas Locum tenens adjudicare potest, vide infra Locum-tenens.

Causarum condescensio, vide infra condescensio.

Causæ sub judiciis inchoatæ non disceptentur, sed illæ tantum, quæ diebus 15, antè primum octavarum diem motæ sunt per evocationem. Pos. 56, art. 51.

Causæ terminentur in quatuor octavis. Matt: maj. art. 4. Vlad: maj. art. 52. in tribus, Ludov: 1, art. ultimo.

Causæ per evocationem, cum insinuatione motæ, super factis potentionariis, damnorum illationibus, & aliis nocumentis, atq; injuriis, si literalium instrumentorum exhibitionem non requirunt, statim in primis, si requirunt, in duabus octavis finiantur. Matt: maj. art. 6.

Causæ quinq; casuum extra omnes terminos judicentur. Vlad: min. art. 8.

Causæ in castris judicandæ, vide supra castrensia judicia.

Causæ secundum serlem leventur, & secundum antiquitates. Pos. 50, art. 51.

Causa fisci & defectus seminis. Matt: maj. art. 29.

Cellarium nullum à decimarum solutione inter suos colonos extruat nobilis, nec pro se occupet. Matt: ma. art. 29.

Chyallokoz in insulam vini, & frumenti eductio,

ductio, & inductio libera sit. Pos. 46. art. 46.

Chyallokőz insulæ inhabitatores labores gratuiti pro media parte convertuntur ad aggerum conservationem. Poson. 69. art. 19, & 21.

Chyallokőz insula subministret ligna ad focum pro arcibus Comaroniensi, & Jaurienſi, Poson: 63. art. 22.

CITATIO.

Citationes non generales, sed cum declaratione dent judices ecclesiastici. Vlad: 5. art: 25. Matt: 5. art. 17.

CIVITATES LIBERÆ.

Civitates liberæ tenẽtur dominis, in quorum terris hæreditates habent nonas solvere, & contra privilegia sua. part. 2. tit. 8.

Civitas quid sit? part. 3, tit. 8.

Civitatum liberarum, aliæ subsunt Magistro Tavernicorum, aliæ personali præsentiæ. Ibidem.

Cives liberarum, & mõtanarum civitatum telonia non solvunt. Poson. 46, art. 50. Sopr: 53, art. 29. Poson. 50, art. 78.

Cives Szakolcenses prata, & terras Moravis non vendant. Poson. 48, art. 68.

Cives liberarum Civitatum in solis homagiis æquiparantur Nobilibus part. 3. t: 9

Civitatibus servetur sua libertas. Vlad: min: art. 40, Zol. 42, art. 25. Tyr: 45, art: 49, Tyr: 47, art. 18, Poson: 53, art: 29. & 75, art: 35.

Ex Civitatibus liberis appellatur ad magistrum Tavernicorum, hinc ad personalem præsentiam. part: 3, tit. 10. Sig: min. art. 11.

A Civium sententiis, quæ ad sanguinem, vel mortem tendunt, non appellatur; nisi penitus innocẽtem vellent damnare, tunc enim ad solam Regis personam appellatur. part. 3, tit. 11.

Civium causæ, pro meliori discussione à personali præsentia, ad primum judicem remissæ, jam hinc non ad Tavernicorum magistrum, sed rursus ad personalem præsentiam appellatur. part, 3. tit. 11.

Cives testimonium externum inter se ratione bonorum mobilium, vel immobilium, non acceptant, in aliis acceptant. part. 3. tit. 12.

Cives, ratione bonorum in suo territorio existentium, coràm judice, vel duobus juratis fatentur, aliàs fassio non valet. part. 3, tit. 13.

Cives apprehendunt, & ingrediuntur dominium bonorum emptorum coràm duobus juratis, ad id deputatis, & si tunc quispiam contradixerit, debet infra 15 dies reddere rationem contradictionis: Si verò tunc nullus contradictor apparuerit; pacificè quidem reprehendet emptor bonorum dominium, nihilominus quicunq; aliquid juris in eis se habere prætendit: poterit adhuc infra annũ, & diem unum contradicere, & postea non potest. part. 3, tit. 14.

Cives deberent præscribere, & præscribi annis 12, sed uno anno & die præscribunt hoc tempore. part. 3, tit. 15.

Cives apprehensa re, vel hæreditate, apprehendunt & pertinentias. part. 3, tit. 16.

Cives purgantur proprio juramento in cau-

sis debitorum, actore deficiente in probatione. part. 3, tit. 17.

Cives, ratione hæreditatũ in terris aliorum habitarum, proventus solvunt dominis terrestribus, & ratione earundem excessuumq; ibi patratorum coram eis respondere tenentur. part. 3, tit. 18. Vlad: min. art. 38.

Civitates, vel cives privati, jura possessionaria habentes, ratione malorum ex illis patratorum, si major fuerit potentia, in curiam regiam, si minor, ad comitatum evocantur. part. 3, tit. 19. Vlad. min. art. 38.

Cives privati jura possessionaria non habẽtes, coràm suo judice conveniuntur. part. 3, tit. 19. Vlad: min. art. 38.

Cives in curia regia in facto jurium possessionariorum in flor: 200, auri, pro detẽtione, vulneratione, interemptione nobilium in sententia capitali condemnãtur. Ibidem.

Cives puniunt malefactores, sed nobiles extra locum delicti non capiunt. part. 3, tit. 20.

Cives civitatum liberarum in causis spirituale forum, non concernentibus, inter sese motis, ad judicem spiritualem non trahantur, sed coram suis judicibus conveniant. Vlad: ad maj. art. 33.

Civitas tota, vel nobilis contra eam evocatur, in præsentiam personalis præsentiæ. Vlad: min. art. 38.

Civitas quando capitali sententia condemnatur, soli judex, & jurati perdunt bona, & plectuntur. Ibidem.

Civium aliæ libertates (præter eas, quæ sunt in Tripartito expositæ) continentur in privilegiis eorum. Ibidem.

Cives extra eorum privilegia, subsunt publicis regni legitimis. Ibidem.

Civitatibus nulla bona Rex conferat, collata propter adhæsionem adversæ parti restituantur prioribus Dominis per Comitem judicis nobilium, & universitatem comitatus. Pos. 42, art. 35.

Civitates consensu superioris possunt facere statuta, non contraria legibus regni, quæ ipsos tamen ligant conditores. par. 3, tit. 2

Civitatum possessiones non divellatur à corporibus comitatuum, in quibus sunt, Poson. 42, art. 37.

Civitates regiæ, infra in dictione regales sub litera R.

CITATIO vide EVOCATIO.

Citatio personalis fit per solum scribam curiæ regiæ, & in quibus casibus fiat. part. 2, tit. 20.

CLAUSULA.

Clausula (nullum jus) hanc vim habet in fassionibus, quod ad fatentem ejus hæredem nunquam redibunt bona, de quibus fassio est facta, etiamsi deficiat is, cui facta erat fassio. Sine hac autem clausula redirent. part. 1, tit. 69.

Clausula, (assumptis) &c. (missis) &c. ex commissione quid valeant, in evocationib⁹. Vide infra in dictione: Evocatio.

Clausula (ex consensu, & voluntate) non ponatur in evocationibus. Matt. maj. art. 26, 27. Vlad: maj. art. 60.

Clau-

Clausula (de manibus regiis) in donationibus non valeat. Matth: maj. art. 23.

CLERICI.

Clerici coràm suo Episcopo conveniantur. Colom. art. 5.

Clerico concubinaria auferatur mulier, ipse pœnitentiam agat. Colom. art. 12.

Clerici olim conjugati in Hungaria. S. Ladisl. lib: 1, cap. 1, 2, 3, 4. Colom: art. 52. 71, 76, 77.

Clerici veste laicali non utantur. Col. ar. 70 lib: 1.

COGNATIO.

Cognatio impedit matrimonium ad quartũ gradum inclusivè. part. 1, tit. 107.

Collateraliter examinati testes, si mortui sunt, eorum fassio valet, & factum, super quo deposuerunt, confirmat. Si vivunt, debent denuò examinari. Sic est judicatum in causa familiæ Ujfaluſi, cõtra Nicolaum Petreõczi, ratione sylvæ Fekete Erdõ vocata, anno 1574 die 24 Decembr. Ita tamen si eo tempore, quo ad celebrandam communem inquisitionem partes dimittuntur, is qui fecit ante aliquos collaterales examinari, in judicio mortuorum fassionibus se usurum tempore reportationis protestatus fuerit, & qui illi sint, nominaverit, ac tempore inquisitionis, eosdem verè mortuos esse probaverit, prout fuit declaratum in causa Christophori Banky, anno 1573. die 18. Martij in judicibus locumtenentis.

COLONI.

Coloni regij coram suis judicibus primum, postea coram magistro Thavernicorum, conveniantur. Sig: min. art. 12.

Coloni, vide infra rustici, & ibidem de eorum transmigratione.

Comani & Philistæi colonos nobilium non abducant. Vlad: min. ar. 47, more aliorum colonorum solvunt census, munera, nonas, & serviunt. Vlad: 7, ar. 23.

Communis inquisitio, est dubietatis coram judice ex partium responsionis emergentis, per testium examinationem, facta declaratio. part. 2, tit. 27.

Communis inquisitio fit mediantibus literis regalibus aut judicum ordinariorum, à nobilibus comitatus convocatis. Lud: 1, art. 23.

Communis inquisitio semel tantum fit, nisi esset turbata, quia tunc repeteretur. part. 2, tit. 31.

Communem inquisitionem repulsione turbans, condemnatur in pœna potentiæ & amussione causæ Matth: maj. art. 19. Vlad: maj. art. 57.

Communis inquisitio debet fieri in loco sedis judiciariæ comitatus, aut in causa occupationis, in facie terræ occupatæ. part. 2, tit. 27.

Communis inquisitio fit juramento præmisso à Nobilibus comprovincialibus. Ibid:

Aut meritò causæ id exigente, & judice mandante à Nobilibus & ignobilibus. Ibidem, & Matt. maj. art. 14.

Cõmuni inquisitione consideratur hæ quinq; conditiones.

Primò libertas, vt testis liberè, non coactè fateatur. Secundò ætas, vt testis tantæ sit ætatis, vt rerum, quibus examinatur,

memoriam habeat. Tertiò modalitas, vt testis interrogetur, unde id habeat, quod fatetur, scitu ne, vel ex auditu. Si ex auditu, an ex ore ejus, qui patrator dicitur esse facinoris, vel alicujus alterius rei.

Quartò, conditio, an testis sit nobilis vel ignobilis.

Quintò, vt testis juret de dicenda veritate. part. 2, tit. 17.

Communis inquisitio pro utraq; parte simul in eodem loco per idem testimonium capituli, & regium hominem eodem die potest fieri: Testes debent esse honesti, & bonæ famæ, ac verè nobiles, à Rege nobilitati, singuli jurare, & partibus remotis, singillatim examinare. Matt: maj. art: 14.

Communem post inquisitionem, si per eam querela est verificata non reo purgatio; sed actori juramentum decernendum, si opus fuerit, supplementum cum tot conjuratoribus, quot videbuntur esse necessarij, in facto damnorum, secundùm eorũ quantitatem, in quo casu si actor triumphabit, reus refundet damna, & solvet onus 25 marcarum parti, & judici æqualiter. Matt: maj. art. 14.

Communi inquisitioni se subtrahens testis, mulctatur per vice-comitem marcis 16. part. 2, tit. 28.

Communis inquisitio semper juramentali depositione terminatur. part. 2, tit. 28.

Communi inquisitioni quando, & qualiter succedit juramentum, vide infra, juramentum.

COMES.

Comitis officium circa eliberanda bona per donatorem non obstante cõtradictione occupata. Vide in dictione, Bona.

Comites male administrantes officium, & violenter, ad supplicationem comitat⁹ comperta rei veritate, per Regem priventur. Pos. 48, art. 62.

Comites Eckius, Nicolaus, Julius à Salmis, & Scipio ab Arch, creati Hungari. Pos. 63, art. 77.

Comites jurent super officio eorum fideliter exequendo, sub amissione officiorum suorum. Sigism: maj. art. 74, min. art. 4, quinto art. 2. Pos. 52, art. 38. Tyr: 45. art. 50. Pos. 59, art. 52. Pos. 48, art. 66. Sopr. 23, a. 32. Zol. a. 53. Pos 63, a. 66.

Comites liberi possunt malefactorem ipsi castigare, nec tenentur judiciariam sedem statuere. Vlad: ad maj. art. 19.

Comites, sine literis exmissionalibus, nullas possunt facere exequutiones. Vlad: ad maj. art. 16, 17.

Comitem in executione turbans nobilis, notam incurrit. Servus vel dominus à domino sub pœna 25 marcarum traditur puniendus Comiti, & dominus se purgat quod non de sua voluntate turbaverit. Matt: maj. ar. 67. Vlad: maj. art. 75, ad maj. art. 16.

Comitem Rex de consilio Prælatorum, & Baronum eligit, qui coram Rege jurat, vice-comitem Comes, & is jurat in comitatu. Matt: maj. art. 60.

Item, Comes vice-comitem, absq; comitatus consensu eligere non valet, 1504, art. 2.

Comites perpetui solius Regiæ Majestatis judicio reservantur. Matt: maj. art. 24.

Comes in exequutione justitiæ negligens, perdit

dit officium, & tenetur damnificato de damnis, & expensis. Vlad: ad maj. a. 11.
Comes debet esse de eodem comitatu. Matt: maj. art. 60. Vlad: min. ar. 44. Pos. 54, art. 19.
Comitum liberorum facultas latrones puniendi, & si eos dimiserint, pœna. Vlad: 1595, art. 19.
Comes, etiam sine mandato speciali, judicet causas, judicatas exequatur, appellationem in curiam transmittat, sub pœna amissionis officij. Vlad. min. art. 71.
Comes, comperta rei veritate, raptores, spoliatores, & oppressores pauperum, in flagranti crimine deprehensos, morte, vel alia condigna pœna afficiat. Tyrn: 45, art. 44.
Comites à convicto pro triumphante prius, postea pro se birsagia exigent: Vice-comites & nobilium judices in causarum, ex quibus birsagium habuerunt, aliqua executione, nullum habent salarium, ubi verò nullum birsagium perceperunt, florenum unum per diem habebunt. Pos. 46, art 37.
Vice-comitum, & judicialium in executionibus turbatores, verberatores, aut interemptores notam incurrunt, & gratia eis non suffragatur. Pos. 42, art. 29.
Vice-comites & judices, nobilium in executionibus turbans, aut vituperans in pœnam repulsionis, vulnerans, vel captivans in pœnam majoris potentiæ, occidens infidelitatis occurrit. Tit: 47. art. 32.
Si talia officialis, vel colonus sine scitu domini sui patraverit, sub pœna homagij illius tenetur, dominus in comitatu præmisso modo puniendus inducetur, qui si fugisset, quod non cum suo scitu aufugerit, & non sua voluntate facinus peregerit, si etiam patrator diceret, se patrasse ex mandato domini, idem dominus tertio se nobilibus in comitatu purgabit. Ibidem.
Comitatuum Sopronienſis, & Moſon: honores Hungaris conferantur. Sop: 53. a. 30.
Comitatus Peſthienſis, & Piliſtienſis, quia sunt propè Budam. Comites non habeant. Vlad: maj art. 100. ad maj. art. 24.
Comitatus quidam habẽt consuetudines privatas, quas pro legibus servant, & possunt facere pro se statuta, ex consensu superiorum, non contraria lege communi, quæ tamen non ligant aliorum comitatuum nobiles. part. 3, tit. 2.
Comitatus Solth per Comitem comitatus Peſthienſis, Szolnok verò per Hevveſienſem judicentur. Pos. 69, art. 52.
Comitat⁹ causas dotum, & paraphernorum ultra 100. florenos non judicant. Ibidem.
Similiter de bonis impignoratis. Vlad: in quinto art. 7.
Comitatus terrarum, pratorum, sylvarum, occupationes usq; ad 10 jugera judicat. Vlad: 5, art. 8.
Comitatus potest judicare & castrorum, & aliorum bonorum occupationes & fructus perceptos readjudicare levandos, cum juramentis, juxta regni consuetudinem, sententiamq; exinde latam, etiam requisitus, per literas sententionales, capitaneis exequutione demandare: non tamen potest pœnam violentiæ ultra florenos 100, infligere, quæ duplicatur in curia, si in causa appellationis rursus occupatores succum-

succumbant, & nihilominꝰ actor poterit ad capitalem sententiam, post recuperationem talium bonorum, in sede regia, contra violentum agere. Posf. 63, art. 48.

Comitatibus licet tribus, vel quatuor diebus contìnuis judicare. Posf. 63, art. 50.

Comitatus honorem eccleſiæ non teneant. Vlad: min. art. 57.

A comitatu aliquo abſtractæ poſſeſsiones, ad eundem redeant. Vlad: ad maj. art. 25. Posf. 42, art. 37, & 46, art. 55.

Comitatus honores in perpetuum non conferantur. Vlad: 5. art. 3.

Comitatus congregationi per Comitem promulgatæ, qui non intereſt, ſolvat marcas tres. Sig: maj. art. 9.

Comitatus quilibet ſuum habeat ſigillum, ſub quo literas expediat, quod ſervetur in arca, ſub ſigillis vice-comitis, & judicum nobilium, & penes illud addantur literis ſubſcriptiones notarij, vice-comitis, & judicialium ſcribere ſcientium. Posf. 50, art. 62.

Comitatus ſi eſt is, qui aliàs ſolitus eſt percutere, vel occidere defenſa contra cum concedetur. Ibidem.

Comitatibus quibus deſunt ſuperni comites, vice-comites plenariè officio eorum præfungantur. Posf. 78, art. 4.

Cometaneorum, & vicinorum duorum, vel trium teſtimonium plus valet, quam viginti comprovincialium, part. 2, tit. 29.

Concambialis permutatio licita, inventa eſt propter majorem incommoditatem concambientium. part. 1, tit. 70.

Concambio doloſo alienata bona, in uno actuali termino, communi æſtimatione, recuperantur. part. 1, tit. 71.

Concambio acquiſitio utens, illud retractare non poteſt. Ibidem.

Concambio bonorum, quando pecunia additur, filiæ habent partem in pecunia tanta, in ipſis verò bonis concambiatis non. part. 1, tit. 73.

Concilio generali obſervantur dirimenda omnia dubia in religione. Posf. 50, art. 16.

Concionatorum ab Epiſcopis conſtitutorum turbatores Rex puniat. Sop 53, art. 9.

Concionatores illegitimos vicarij, & archidiaconi ipſorum puniant, vel de quorum cunq; bonis ejiciant. Et ſi quis dominorum terreſtrium hoc facere eos prohiberet; ad primâ requiſitionem Regiæ Majeſtatis compareat, & convictus ex merito puniatur. Posf. 48, art. 10.

Concordare licet, antequam judicem adeas, S. Lad: lib. 3. art. 27.

Concordans convictus in judicio, judici in termino adhoc aſsignante, ſolvat marcas 50. Alioquin judex ad valorem totidem marcarum occupabit de bonis ejus titulo pignoris. Lud: 1, art. 10.

Concordans ante ſententiam de judicio pacis, ſolvit judici tres marcas. Lud: 1, art. 24.

Concordare poſſunt partes, non requiſito ſuper hoc judice. Sig: mai. art. 7.

Concordandi in omnibus cauſis datur facultas ſine onere, aut ſolutione birſagij judici debiti, ante exeqvutionem ſententiæ. Matth. maj. art. 5. Vlad: maj. art. 68. Sed poſt exeqvutionem ſolvuntur birſagia. Vlad: ad maj. art. 13.

Condeſcenſio cauſarum lite pendente fit. part. 2, tit. 82.

Condeſcenſio cauſarum duobus modis ſolet fieri.

eri. Primò per judicem, secundò per actorem, cum onere sex marcarum levis ponderis, in duabus judici, in tertia partib⁹ reo solvendarum. part. 2, tit. 82.
Condescensio causarum per judicem fit, ob errorem in literis evocatoriis, animadversum, & à parte propositum. part. 2, tit. 82.
Condescensio causarum per actorem fit, dum actor suam actionem ex sui negligentia, aut vitio scriptoris male formatam esse advertit, & semper ante discussionem causæ, sententiamq; diffinitivam, & post literalem productionem, fieri potest. Part. 2. tit. 28. Vlad. maj. art. 49.
Condescensio causæ, seu actionis indebitæ, in prima tamen instantia, cum onere fieri potest, sed facto processu, & attestatione, seu literarum exhibitione, non potest. Tyr. 47, art. 23.
Condescēdere non potest actor illam causam, in qua repulsionis, aut sententiæ, (per non venientiam) contra reum datæ, onus ad se recipi. part. 2, tit. 83.
Condescendet causa ratione actus potentionarij, in cujus actione patratæ potentiæ tempus expressum non est, par. 2, tit. 82.
Confessionem propriam in judicio factam nemo potest retractare. Vlad. 5, art. 15.
Confirmatio privilegiorum non est de necessitate, sed de bene esse. part. 1, tit. 37.

CONJURATOR.

Conjuratorum nomina sunt perscribenda in literis relatoriis, in facto probatoriis genealogiarum, literalium instrumētorum, metalium reambulationum, & quando ad caput alicujus juratur, alias non; & tunc duabus de causis sunt perscribenda, videlicet, ut veris cum nobilibus, & juxta judicis commissionem juramentum depositum esse, comprobetur. part. 2, 35.
Conjuratorem verè nobilem, & honestum ignobilem, perjurum, infamem dicens, homagium ejus solvit. part. 2, tit. 36.
Conjuratorem ignobilem, aut inhonestum habens, causam perdit. Ibidem.
Conjurator unus in eadem causa plures purgare non potest. part 2, tit. 38.
Conjurator rusticus an possit esse pro, vel cōtra nobilem, & de rusticorum conjuratoribus. Vide rusticus.

CONSCIENTIA.

Conscientia judicis duplex, ut privata, & judicis. Prol. tit. 16.
Ex conscientia non judicant judices inferiores, sed ex allegatis. Prol: tit. 15.
Ex conscientia judicant Papa, & Imperator. Prol: tit. 16.

CONSANGVINEI.

Consangvinearum stupratores notam incurrunt. Vlad: ad maj. art. 4.
Consangvineorum occisor, vulnerator, mutilator notam infidelitatis incurrit. Part. 1, tit. 14. Vlad: ad maj. art. 4.
Consangvineis ignoranter inter se matrimonium contrahentibus, uxor jam dotem, quam paraphernum accipit a viro, & liberi eorum succedunt parentibus. part. 1, tit. 106.
Consangvineis scienter matrimonio junctis, non succedunt liberi, etiam legitimati

per Papam, sed fratres, aut fiscus, & mulier dotem non habet, sed tantum paraphernum. Ibidem.

Consanguinei quod scienter contraxerint ex eo cognoscitur, si reclamantibus fratribus, &c. id fecerint, vel in gradu ita propinquo, quod ignorantia prætendi non possit. part. 1, tit. 107.

Consanguinitas usq; ad gradum quartum inclusivè, tam secundùm canones, quàm leges regni, connubia prohibet. Ibidem.

CONSENSUS.

Consensus regij litera, quæ habent insertam fassionem, cui præbetur consensus, valent sine literis fassionalibus, alias non. part. 1, tit. 35.

Consensus regius, aut fratrum condivisionalium nunquam requiritur in fassione seu alienatione pro capite celebrando. part. 1, tit. 59.

Consensus regius quid sit, & quam virtutem habeat. part. 1, tit. 64.

Consensu regio indigent fassiones perennales, aut impignorati supra communem æstimationem facta, præsertim à personis defectui seminis appropinquantibus. part. 1, tit. 65.

Consensu regio non indigent fassiones inter fratres, qui utrinq; sibi succederent in juribus possessionariis. part. 1, tit. 63. 65

CONSILIARIUS.

Consiliarij Hungari, unus ecclesiasticus, alter secularis semper maneant in aula. Pos. 69. art. 38.

Consiliarij Hungari consulãtur à rege, quãdo de pace, vel induriis tractat cum Turca. Pos. 46, art. 1. Sop: 53, art.

Consiliarij octo ex nobilibus assumantur. Rakos 1526, art. 31.

CONSVETUDO.

Consvetudo quid sit, unde dicitur, quomodo differat à jure, qualiter valeat, qua sit rationabilis, & quod, quæ contra jus est, si non sit præscripta, non valet. Prol: tit. 10.

Consvetudo in cujus contrarium non extat memoria, etiam contra ea valet, quæ sunt reservata Principi in signum summæ potestatis. Ibidem.

Consuetudinem tacitus consensus populi inducit. Ibidem.

Consvetudo differt à lege, derogat legi, est legum interpres, imitatur legem. Prol: tit. 11.

Consuetudo generalis subsequens legem, vincit legem generaliter, particulariter, vincitur à lege gereraliter subsequẽte, à particulari particulariter. Prol: tit. 12.

Consvetudine, & lege non decisus casus, si lege similior est, secundum legem: Si consvetudini, secundum consvetudinem debet decidi, attenta tamen rationabilitate & æquitate. Ibidem.

Consvetudo nostra judicandi ex Canonici, & Cæsarei juris fontibus ortum habet, & tribus utitur fundamentis, constitutionibus publicis privilegiis Regum iteratis, & uniformibus sententiis judicum. part. 2, tit. 16.

Consvetudines abrogatæ, post abrogationem nihil valent, verùm in præcedẽtibus abrogationem servantur. part. 2, tit. 2.

Constitutio qualibet ad futura se extendit, non ad præterita. Ibidem.
In constitutionibus partim approbatis, partim deletis, approbata servetur, deleta non. Ibidem.
Constitutiones priores valent etiam posterioribus, aliis existentibus: si in his non fit mentio super illarum derogatione, quam contrarius usus populi non præjudicat. Ibidem.
Constitutiones novæ servantur in judiciis. part. 2, tit. 2.
Constitutiones ut valeant Principis, & populi consensus in eis requiritur. part. 2, tit. 3.
Constitutiones & indigenas, & externos in regno versantes ligant, indigenas statim à tempore promulgationis, externos in iis, qui ad processum juris pertinent post unum mensem. In illis verò, quæ habent prohibitiones, aut statuta damnosa: (ut amissionem mertium, si fiat contra constitutiones, & similia:) post tres menses, à die promulgationis. part. 2, tit. 5.
Continui equites tres sub pœna duplici à centum colonis per totum regnum interteneantur. Pos. 66, art. 15. Pos. 69, art. 22. Pos. 63, art. 18.
Continui equites à colonis Turcis subditis pro 100 porcis unus & medius teneantur. Pos. 63, art. 52.
Continuos equites Archiepiscopus, & Capitulum Strigoniense, item Præpositus de Thuroczalant in Uyvár. Pos. 56, a. 19

CONTRACTUS.

Contractus, seu fraternalis adoptio, est alienæ personæ per quempiam legitimum hæredem non habetem, in bonorum suorum successione facta substitutio. part. 1, t. 66.
De contractu plura in voce adoptio.

CONTRADICTIO.

Contradictio per cives in medium eorum, quomodo fiat, vide in voce cives.
Contradictione non obstante, per donatorem occupata bona, qualiter recuperentur. Vide in voce bona.
Contradicentes statutioni, infra annum, de jure suo docere debent: & si prætendunt sua literalia documenta apud manus alienas esse: id antè completionem anni, medio anno Regi significent: qui coget tales per omnia remedia restituere privilegia. Matt. maj. art. 27. min. art. 9.
Conventus sigilla habentes, reformentur. Vlad: maj. art. 44.
Conventus minores à literarum emanationibus cessent. Lud: 1, art. 3. Matt: maj. art. 49. Vlad: maj. art. 39.
Conventus de Saagh, in comitatu Gemeriensi possit exequi. Vlad: min. art. 11.
Conventus, fratres, Sacerdotes mittant ad exequutiones. Sig maj a 10. Matth: maj. art. 12. Vlad: maj. art. 13.
Conventus Sacerdotes quinq; debet habere, ad minimum, alioquin non potest executionem facere. Pos. 52, art. 41.
In contribuendo dives pauperum juvet, & è converso. Pos. 78, art. 2.
Corona Regni conservetur in castro VVissegrad per electos de medio Prælatorum & Baronum. Vlad: 1. art. 3. Vlad. in conditionibus susceptæ regiminis.

Tantũ per Barones. Vlad: ad min. art. 25. & eos duos. Vlad: ad min. art. 23.
Crimen læsæ Majestatis notam infidelitatis adfert. part. 1, tit. 14.
Christianitatis pecunia. Vide infra Decimatores.
Cuprum Turcis deferens, eo privatur, & capitali pœna afficitur. Pof 63, art. 67.
Curatores dantur pupillis, legitimæ ætatis volentibus aut petentibus, non tutores. part. 1, tit. 124.
Cursores Regis detinens, decem, verberans 55. pensas solvat. S. Lad: lib. 3. cap: 28.
Curiæ quinq; mittunt equitum. Pof. 68, 12.
A cursoræ Regis dimissum equum, qui invenit, per tres septimanas ad Ecclesiam, vel mercatum monstrandos ducat. Postea si dominus ejus inventus non fuerit, tradat collectori Regis. S. Ladisl: lib. 3. cap: 14.

D.

DAMNA.

Damna, & debita refundunt ecclesiastici pecuniarum solutione, vel æstimatione mobilium, juxta valorem: olioquin sui beneficij occupatione creditori fiet refusio. part. 2, tit. 45.
Damnorum recuperatio ex sententia, post responsiones lata, fit per juramentum. part. 2, tit 61.
Damna & debita non valentia solvere, rustici tradetur per dominos manibus partis adversæ, & ibi reservabuntur per 15 dies, infra quos si non concordant, data cautione, quod quicquid laborando acquirere possũt, ejus tertiam partem qualibet hebdomada, usq; ad plenam satisfactionem. part. 3, tit. 28.
Nobilis quoq; Nobili satisfacere non valens, idem judicium subibit. Ibidem.
Damna per exercituãtes illata quomodo rependantur. Vide in dictione: Exercituantes.
Damna illata per pecora, in loco damnorum non residentes, æstimatione refundunt. part 3, tit. 33.
Damna tempore disturbiorum inferentes, si evocentur in primis octavis, sine ulteriori dilatione, ex parte eorum justitia administrabitur. Vlad: maj. art. 16.
Damnatorum ad mortem, & supplicio affectorum bona devolvũtur ad hæredes; Sed si gratiam habuerint legitimi successores, bona eorum communi æstimatione redimunt de manibus partis, & judicis. part. 1, tit. 15.
Dativa tutela, vide indictione Tutor.
Debitorum, & damnorum solutio fit per æstimationem annorum, & recipiuntur mobilia secundum verùm rerum valorem. part 1, tit. 134.
Debitorum causæ brevi termino finiuntur. part. 2, tit. 28.
& quod in causis debitorum civis proprio juramento se purgat. part. 3, tit. 17.
Debita ab ignobilibus quomodo per arestationem exiguntur. Vide supra arestatio.
Decisiones spontaneæ non fiant, juxta articulos annorum 69 & 74. Pof. 75, art. 12.
Decanus, aut Officialis capituli, vel convẽtus

tus eadem utitur autoritate, in suo tamen officio, & judicat, vt capitulum, vel conventus. part. 2, tit. 53.

Decanus extra suum officium, sine literis, procuratorem non potest agere, in causis Capituli. Ibidem.

DECIMA.

Decima debetur DEO, S. Steph: lib. 2. art. 52. Col: art. 22, 27.

Decima abnegans, novem partes Episcopo solvat, S. Steph: 2, art: 52. S. Ladisl: lib. 1, art. 40.

Decimam accipiant Episcopi de liberis. S. Lad: 1. art. 30.

De pecoribus. art: 33.

Decimæ debentur tributis & vectigalibus. Col. art. 25.

Decimæ argento non redimantur, sed vt terra protulerit, vinum vel segetes solvantur And: art. 20. Vlad: min: art. 49.

Decimæ solvantur de vinis, frugibus, agnellis, apibus. Matth decr. 5, art. 1.

Siligine, hordeo, avena, speltu. Vlad. min. art. 51.

Decimæ integrè solvantur nullo cellario, vel horto excepto. Matt maj. art. 43. Vlad ad maj art. 37.

Decimæ vt reddantur integræ Ecclesiasticis Capitanei providere debebunt. Zol: 43. art. 28.

Decimas suas invitus nemo arendare tenetur, sed potest, si vult, eas in specie percipere. Pos 48, 60.

Decimas arendare volens, usq; ad festum D. Georgij non debet alteri, quam Domino terrestri arendare, idq; usitato pretio: si illi

si illud est certum constitutum, sin minº, prout cum eo convenire potest; contrarium faciens, perdit illius anni decimam, quam terrestris dominus, sine pretio pro se potest colligere. Pos. 48, art. 61. Pos 46. art. 55. Tyr: 47, art. 35.

De arenda decimæ, si Ecclesiasticus cum Domino terrestri non potest concordare, colligat pro se, sed alteri non arendet. Pos. 48. art. 61.

Decimas solvere tenetur Presbyteri, Abbates de eorum agricultura. Col: 1, art. 66. contrarium in Decretis Zilagy, Anno 1458, art. 10.

Item in Diæta Poson. 69. art. 27, & 74, art. 22.

Decimas non solvunt Nobiles de propriis terris. Col: art. 25. Vlad: maj. art. 50.

Solvunt de vinis in aliorum promontoriis habitis, ex quibus nonas, vel jus montanum solvunt, de terris quoq; à colonis ablatis, & pro se reservatis solvant. Pos. 63. art. 69, 70, 71.

Decimas non solvunt Rasciani, Rutheni, Valachi, Matt. min. art. 34. Vlad: ad maj. art. 45. Pos. 14, art. 4.

Decimas non solvunt judices propter laborem eorum circa decimandum. Matt: maj. art. 46. Vlad: ad maj. art. 46.

Decimas solvere recusantibº ponatur interdictum ecclesiasticum. Vlad: ad maj. art. 42.

Decimas dare tenentur de suis portionibus messores rusticorum. Vlad: min. art. 52.

Decimæ exactionem impediens, in ejus duplo convincitur, Pos. 48, art. 61.

Decimæ si non exiguntur usq; ad festum S. Stephani Regis, licet colonis suas fruges, decimis in campo relictis, convehere.
Poson. 69, art. 30.

Decima à nolentib⁹ eam solvere, per Comites exigetur, cum birsagio marcarum trium: Si interdum Episcopi per mensem indurato animo esse sustinuerint.
Sig. maj. art. 7.

Decimarum privata authoritate ablatores intra, & extra regnum Rex in personis, & bonis directè punire potest.
Poson. 46, art. 25.

In decimarum redemptione denarij 100. pro aureo & capetia 14 pro floreno computentur. *Matt: min. art. 5.*
Vlad: maj. art. 41.

Decimæ & Nonæ exigãtur de pecuniis, propter partium discordiam, in sacristia repositis, ad partem ejus, qui deponendi occasionem dedit. *Sig: 2. art. 9. & maj. art. 10, & Matt: 6. art. 75.*

Decimas coloni convehere non tenentur, nisi in eis decimus manipulus per Decimatores reddatur; tunc enim tenetur ad locum qui demonstratur eis, in territorio ejusdem possessionis, convehere.
Pos. 48, art. 62.

Decimæ post festum S. Georgij possunt unicuiq; arendari. *Pos. 46, art. 55.*

Decimæ dominus potest eam alteri Ecclesiastico, quocunq; pratio, arendare.
Sop: 53. art. 8.

Decimarum arendator emittatur ad comitatum dominis terrestribus, vt emant, si volunt, decimas bonorum suorum intimaturus. *Tyr. 47, art. 35.*

Decimæ Episcopatus Jaurienſis, germanis inscriptæ, redimantur, & Episcopo reddantur. *Tyr: 47, art. 21.*

Decimæ de bonis arcis Hornsthayn restituantur Episcopo Jaurienſi. Pos. 55, ar. 13
Pos. 56, art. 41.

Decimæ pecuniis antea redemptæ, deinceps etiam pecuniis solvantur. Si quod tamen aliud jus in illis habet. Prælatus potest illud requirere. *Pos. 63, art. 72.*

Decimas non accipiant Ecclesiastici, ex eorum beneplacitu, & liberaliter à nobilibus profugis; à quibus domini terrestres in quorum bonis habitant, Nonas, & alios proventus à suis non percipiunt.
Poson. 63, art. 71.

Decimarum restantiæ debẽt ultimo, post interpositum, interdictum, per vice-comitem, cum birsagio trium marcarũ exigi.
Sig: anno 1435. art. 7.

Plura de hoc in dictione nobilis.

Decimas, arcibus finitimis vicinas, Rex potest, pro earum usu arendare, relictis tamen dominis terrestribus; qui habent arces finitimas, suorum bonorum decimis.
Pos. 69, art. 27. Pos. 63, art. 68.

Decimas militares sub succo usus locorum finitimorum, pro suo usu arendare non possunt. *Pos. 69, art. 29.*

Decimas injustè, contra constitutiones publicas exigens, aut exigi faciens, Capitaneus evocetur, & causa contra omnem seriem judicetur, convincaturq; pro violentia in 200. flor: pro damno autem in duplo decimæ, & executio fiat per Capitaneum, & regium hominem, contradictione, inhibitione, & repulsione non obstante. *Poson. 74, art. 23.*

Decimæ

Indebitè tamen accusantes simili processu in pœna talionis convincantur. Ibidem.

Decimarum trituratoribus reddatur merces, prout aliis trituratoribus.
Pos. 74, art. 24.

Decimator, si injustè decimaverit, debebit in præsentia suæ Majestatis citari, ubi convincitur in flor: 100. Vlad: 1504. art. 23,

Decimarum de proprietate si contendant domini Prælati, Rex eorum judex esto.
Poson: 74. art. 26.

Decimales causas solus Rex judicat in sua persona. Matth: intellige si inter duos Prælatos de decimarum proprietate contentio sit, juxta articul.
Poson: anni 74, art. 23.

Decimas suorum bonorum liberè possunt arendare, seu emere Nobiles, sedibus pulsi.
Pos. 74, art. 22.

Decimator, si non credit colono, faciat eum jurare quantum habeat.
S. Lad: lib. 1. cap. 40.

Decimator expensis sui domini secum habebit duos Nobiles, qui providebunt, ut justè solvantur decimæ.
Matt: maj. art. 40.

Decimator juramento rustici contentus sit, si non vult, habet facultatem examinandi acervum; si non credit rustico, si in acervo non plus, quam ille dixerat, inventum fuerit. Si verò plus, aureum Decimator recipiat, & tam abnegata auferat, quam justam decimam exigat. S. Lad. lib. 1. cap: 20. Matt: maj. ar. 41 Vlad: ad maj. art. 38.

Decimator apud Plebanum hospitetur, cui judex victum subministrabit.
Matt: art. 7.

Decimatores non exigãt pecunias sigillorum à venditoribus, vel emptoribus vinorum. Vlad: admin. art: 64. ad maj. art. 40.

Decimatores pullum non exigant.
Vlad: ad min. art. 30.

Decimatores pro apum, & agnellorum redemptione, non plus, quàm singulos denarios exigant. Vlad: min. art. 54.

Decimatores à rusticis, qui decimas dant, non exigant christianitatis, & messoriales pecunias, qui decimas non solvunt: quia non habent unde solvant.
Vlad: min. art. 52.

Decimatores pro debitis, aut aliis negotiis neminem arestare possunt, nisi occasione decimarum, nec judicia administrare ausint. Vlad: 6, art. 30. Pos. 63, art. 68.

Decimatores propter injustas decimarum exactiones, ac interdictorias, ex communicationumq; fulminationes, in præsentiam regiam evocandi. Vlad: in 5. art. 23.

Decimata animalia rustici non tenentur alere ultra festum Michaëlis.
Matt: maj. art. 42. Vlad: maj. art. 39. Imò per mensem tantum tenentur:
Vlad. min. art. 54.

Decimator Prælati malè decimans, referatur ad suum dominum, qui si non rectificabit ea, de quibus querela est, recurrat ad comitatum, cujus judicio & Decimator, & querulans contentus esse debebit. Et si justa querela fuit proposita querulanti damna, & expensas solvet Decimator: Si autem arendatorij fuit, decimator statim, sine alio medio ad comitatum habebit recursus. Vlad. ad maj. art. 37.

Decimatorum regionum turbatores pœnam incurrunt, in violẽtos regiorum proventuum turbatores statutam.

Pos. 55, art. 15.

Decretorum quatuor genera, quædam totaliter revocata, & a tempore revocationis in posterum viribus carent: ita tamen, quod causæ secundum ea prius inchoatæ, eodem processu terminantur. Quædam ex parte revocata, & ex parte approbata; in quibus revocata non servantur, approbata servantur. Quædam sunt, de quibus per posteriora, licet diversa, non fit mentio, & hæc servantur, si usus non est in contrarium receptus, quædam noviter introducta hæc servantur.

part. 2, tit. 2.

Decretum cum clausula derogatoria tollit privilegium: part. 2, tit. 8,

Decretum Hungariæ reformetur per jurisperitos, & roborantia producatur in sequenti dieta. Pos. 48, art. 21.

Pos. 50, art. 10.

Decretum reformatum per delectos ad hoc ex singulis comitatibus, capitulis, civitatibus, & per judices ordinarios, aut eorum vices gerentes prothonotarios q3 revideatur, & revisum Regi exhibeatur, demum q3 in dieta approbandum producatur. Sop: 53, art. 15. Pos. 1550 ar. 11.

De Decretis vide plura in vocibus statuta, & constitutiones, ac leges.

Deditiones spontaneæ non fiant juxta articulos annorum 69, & 47. Poson. 75. art. 12.

Defectus seminis causæ processus talis est: Si non constat an jus regium, vel fratres generationales, vel sexum fœmineum bona concernant, sequestrantur ad manus nobilis, ad hoc per comprovinciales electi: qui ea tenebit us q3 ad decisionem hujs dubij, expensas q3 moderatas de illis accipiet, & rationem reddet, & fiet publicatio in sede regia, vt qui in eisdem bonis aliquod jus se habere putat, illud infra annum producat, quod qui fecerit, per judicem curiæ bona ei statuentur; alioquin juri regio relinquentur: ita tamen, quod licebit etiam in posterum de manibus Regis, vel donatarij requirere.

Part. 1, tit. 29. Sig. maj. art. 17.

Vlad: maj art. 43. Matt: maj. art. 26. min. art. 9.

Defectu seminis masculini constante, si dubitatur, an bona concernant sexum fœmineum, filia us q3 ad decisionem hujus dubij manet in bonis: Si compertum fuerit, quod non concernant us q3 ad tempus emaritationis, manet adhuc in domo paterna, & possidet quartam partem bonorum Emaritata accipit à Rege, vel alio, cujus bona erunt, quartam suam, in pecunia, & discedit. Si tamen consentiẽtibus legitimis successoribus nupserit, inpossessionato, retinet quartam in bonis.

Defectus seminis publicatio in facie bonorum, non in curia regia debet fieri; & fit per statutionem donatarij coram vicinis, & commetaneis; & si qui statutioni contradixerint, aut postea se in causam ingerere voluerint, infra annum, sive celebrentur Octavæ, sive non: coram judice curiæ debet producere suum jus, alioquin donatorio relinquentur bona illa.

Part: 1.

Part. 1, tit. 30. Matt: maj. art. 26. min. art. 9.

Defensa intelligitur in eodem actu, post actum dicitur vindicta. part. 3, tit. 23.

Defensa bonorũ immobilium per circulum anni fieri potest, etiam cum violenta ejectione occupatoris. part. 3, tit. 22.

Defensa inculpatæ tutelæ est, quando aggressorem, sine periculo rerum, & personæ tuæ evadere non potes, nisi eum vulneres, aut occidas. Ibidem.

Defensa licita contra comminantem, aliàs percutere, vel occidere solitum. part. 3. tit. 23.

Denarij minores quomodo computentur. Anno 1492, art. 99.

Depositionum loca quæ sint, Rex jure decernat. Vlad: min. art. 33.

Et maneant eadem, quæ antiquit⁹ fuerunt. Alb: 1439, art. 9. Sop. 53, art. 23.

Depositionum loca recensentur in Poson. 69. art. 18.

Depositio causarum. Vide cõdescensio supra.

Depræ dationes prohibentur. Sig. maj. art. 14

Detentores eorum, qui à Turcis ad nos refugiunt, notam infidelitatis subeunt. part. 1, tit. 14.

Dicæ sub prætextu si quis à colonis suis plus exegerit, in pœna dupli per vice-comitem, pro fisco regio exigendi, convictus sit. Pos. 50, art. 27.

Dicam solvant Molitores, & libertini. Pos. 1542, art. 14, & 1566, art: 12. Zol. art. 24.

Dicæ in exactione pro impendenda cura vice-comitibus singulis floreni 4. Notariis unus vel duo solvantur. Pos. 50, art. 31. Pos. 67, art. 10.

Dicatores non dicent villicos, & servientes, seu nobiles in suis villis residentes. Lud. art. 4.

Dicatores regios ad sua bona non admittens, privatur per Regem ijsdem bonis. Pos. 46, art. 5.

Dicatores qui turbant, vel ad dicam se intromittunt per occupationem bonorum, & personarum detentionem, à Rege puniantur. Pos. 48, art. 27.

Dicator quilibet, usq; ad numerum trium, vel quatuor equorum, habet ad quemlibet equum pro stipendio menstruo tempore connumerationis florenos tres, postea tempore exactionis florenos 4. Tyrn: 47, art. 10.

Dicatores, qui fraudem fecisse compertí fuerint, puniantur, etiam per detentionem personarum non obstante libertate nobilitari. Pos 48, art. 28.

Dicatores pro schedis quietantiæ nihil exigant à colonis. Poson. 67, art. 11.

Dicatores falsò aliquem deferentes, de Dicæ turbatione pœnam talionis, eam videlicet, qua puniretur accusatus, si succumberet, subeant. Pos. 67, art. 9.

Dicator sit nobilis, bona habens in eodem comitatu. Pos. 67, art. 7.

Dicam unus comitatus Regi offerre non potest, sub pœna perjury inhumanitatis, & amissione bonorum. Vlad: anni 1505, art. 1. Idem in dictionibus contributio, & taxa.

Dicator in quolibet comitatu addatur nobilis juratus, cui domini terrestres ex propriis bursis de salario provideant. Pos. 63. art. 6.

Dicatori adjunctus juratus Nobilis habeat regestum, quod in prima sede comitatus revisum, & sigillatum, ad Cameram regiam mittatur. Pos. 67, art. 7.

A Dica eximentur habitatores inter fluvium Kolapim post relationem Vicebani, & Dicatoris. Pos. 78, art. 25.

Dieta singulis annis celebretur. Vlad: art. 21.

tertio anno ad festum Georgij. Vlad. min. art. 1. Vlad: ad maj. art. 28.

A Dieta primos quatuor dies non venientes, ne expectentur, & teneantur statuta per alios servare. Vlad: maj. art. ultimo.

Dieta terminus per Regem, ante mensem, significetur regnicolis, in qua proponat Rex, Consiliarij de propositis sine strepitu tractent, magister Janitorum contendentibus silentium imponat. Vlad: ad maj. art. 25.

Ad dietam omnes nobiles, & prælati, & non tantum electi, vocentur. Vlad: ad maj. art. 26.

Dieta in quindecim diebus finiatur, pœna ad primum diem non venientis, & per quindecim dies non perseverantis. Prælati & Barones fl: 800, nobiles flor: 400. individuorum fratrum unus veniat. Excusantur infirmi, Officiales Regis, & dominorum castra finitima tenentes, peregrini, valdè pauperes, nobiles unius sessionis, decem unum mittant. Comes corruptus facultatam dans domi manendi, punitur in flor: 400. Vlad: min. art. 1.

Dieta interesse volentes qui occidunt, notantur. part. 1. tit. 14.

Item invasores bonorum, vel damnorum, aut aut qualitercunq; violentias in illos exercentes, & quidem tales causa extra seriem judicantur. Pos. 50, art. 51.

Dignitates duas nemo teneat præter Palatinum, Banum, & Curiales, Comites Regis, & Reginæ. And: art. 30, Alb: art. 8 Vlad. min. art. 70.

Director regius exeat de judicio, dum causæ Regis tractantur. Alb. art. 23.

Director, bona juris Regij titulo requirens, damnatur in æstimatione, si non probat ad jus regium pertinere. Alb. art. 24.

Director, vel Camera Regis cum mandato suæ Majestatis non prohibeat judices ordinarios, in ulla causa sententiam proferre. Pos. 66, art. 25.

Disponere quilibet potest ante divisionem cum patre, vel fratribus, &c. de acquisitis per se, non tamen pro se, aut hæredibus suis retinendo, sed à se realiter alienando. Part. 1, tit. 5. part. 1, tit. 43.

Disponere qui potest liberè, etiam contra voluntatem successoris de bonis, sive per fraternalem adoptionem, sive per præfectionem in marem, sive alio modo acquisitis. part. 1. tit. 57.

Divisio tripartita juris regni. part. 1, tit. 1.

Divisio bonorum aviticorum æqualis debet esse inter fratres. part. 1, tit. 40.

Divisionum inter fratres fiendarum causæ brevi termino deciduntur, sicut per insinuationem mota. part. 2, tit. 18.

Divisioni subjiciuntur inter fratres bona, per aliquem eorum, ante paternorum divisionem acquisita. part. 1, tit. 43.

Divisio inter fratres carnales, & patrueles non litis processu fit, sed per præceptorias literas

literas Regis ad Comitatum, vel unum Prothonotarium. part. 1, tit. 45.
Divisio iterata potest fieri, ex rationabilib⁹ causis, processu juris in uno termino octavali. part. 1, tit. 45.
Divisio majorum tempore peracta, potest per posteros longo litis processu iterari, ex certa causa. part. 1, tit. 46.
Divisorum, vel condivisionalium fratrum aliquo etiam post quartum gradum deficientiam, portio ejus ex divisione accepta devolvitur ad fratrem, vel fratres superstites. part. 1, tit. 47.
Post divisionem per aliquem fratrem acquisita eo deficiente, non ad fratres, sed ad fiscum devolvuntur. part. 1, tit. 47.
Ad divisionem aviticorum bonorum filium pater compellere potest, si filius in patrem man⁹ violentas injicit, vel cum gravi injuria afficit, aut criminaliter accusavit, in causa, quæ non est crimen læsæ Majestatis, aut vel in necem ejus, veneno, aliave re insidiatus est, vel cum alio invito patre versatur, bona paterna consumendo, vel si patrem captum, dum potuit, non liberavit, noluitq; pro eo fidejubere. part. 1, tit. 52.
E contra filius patrem, si dilapidator est bonorũ sine necessitate, si per injuriam bona desolare permittit, si filium sine causa male tractat, si vetat perfectæ ætatis filium matrimonium contrahere, si cogit filium ad peccandum. part. 1, tit. 5.
Divisio inter fratrem & filium, sine causis prædictis si fiat, dividuntur non solùm avitica, sed acquisita etiam. Ibidem.
Divisionem, a patre vivente, factam de bonis nis acquisitis, filij inter sese, etiam eo mortuo, ratam habere debent. part: 1, tit. 57.
Divisio bonorum mobilium defuncti inter uxorem, filios, & filias non emaritatas, & fratres indivisos ita fit, equos curriferos & vestem potiorem uxor accipit, arma militaria filij, vel his non existentibus fratres, reliqua æqualiter inter omnes personas prædictas dividũtur. par. 1, tit. 99.
Divisio bonorum pignoratitiorum fit inter uxorem, filios & filias, defuncti, sicut rerum mobilium. part: 1, tit. 102.
Domorum Nobilium invasores notam incurrunt, vide infra nota.
Domus paterna minori filio, sub his conditionibus cedit, vt alia domus communib⁹ sumptibus in communi loco majori ædificetur, additis & terris, & aliis pertinentiis, de communi in tanta quantitate, sicut sunt ad domum paternam. Sed si id fieri non posset, terræ domus paternæ dividantur. part 1, tit 41.
Si verò domus ita præciosa est, vt ex communibus proventibus majoribus, vel majori, similis ædificari non posset; æstimatur, & portiones majorum minor solvet, si sit ætatis adultæ; alioquin dividetur domus, & in domo utrumq; sexum concernẽti, filia minor ante filium majorem, non habet prærogativam. part: 1, tit. 41.
Dominus terrestris. Vide terrestris, Item rusticus.
Dominum habens bonorum, de quibus ei fassio fit, vel de manu fatentis ea apprehẽdens, potest se in ea statuere, etiam post annum. part: 1, tit. 63.
Dominium bonorum patris deficientis, su-

pervivens, vigore contractus, vel adoptionis, statim apprehendit. part: 1, tit. 66.

Dominium bonorum duplex, reale, quod actu quis habet, & successorium, quod ex successione legitima expectatur. part: 1, tit. 67.

Dominium successorium ex sangvine, vel adoptione habens, in bonis fratris sexum fœmineum non concernentibus, eo mortuo sine hærede, statim illud realiter apprehendit, uxorem ejus nutrit & elocat, dotemq; & paraphernum ei reddit, nutrio filias quoq; & elocat. part: 1, tit. 67.

Domorum regalium libertas in civitatibus, Vide infra, libertas.

Domus nobilium per exercituantes non turbetur. Matt: maj art. 62.

Neq; Clericorum, Idem in art: articulo ult.

Domus Prælatorum, Baronum, Nobilium in civitatibus regalibus, habitæ sunt liberæ inquilini saltem eorum taxantur. Vlad: maj. art. 105.

Ex donatione regia habent omnes sua bona. part: 1, tit. 13.

Donatarius occupans bona, in quibus facta est contradictio, privata autem, secundè monitus per Comitem, si ea non remittitur, capitur; auferuntur ab eo bona, & cogitur eorum communem æstimationem solvere per Comitem, auxilio comitatus, aut si potens est, per Regem. Matt: maj. art: 25, 30. Vlad: maj. art. 59. ad maj. art: 11.

Donationes cum clausula, (de manibus Regis, &c.) non valet. Matt: maj. ar, 23.

Donatio duplex; pura quæ ob servitia mixta, quæ partim ob servitia, partim ob summam pecuniæ fit. part: 1, tit. 13.

Donationes bonorum per notam, aut defectum seminis, ad Regem devolutorum, ita debent formari; ut non simpliciter juris regij titulo, sed expressè scribantur per notam, vel defectum seminis talis, &c. licet potest addi jus quod regium, si quod aliter etiam in eis bonis haberetur. part: 1, tit. 24.

Donationes bonorum per seminis defectum ad coronam devolutorum, si fiat satis est ponere clausulam (per defectum seminis) si bona illa tamen masculinum sexum concernebant. Si verò utrumq;, poni solet expressè per defectū seminis utriusq; sexus. part. 1, tit. 22.

Donationes regiæ infra annum firmari debent statutione. part: 1, tit. 32.

Donatio nova per fraudem impetratur à quibusdam, qui concernētia bona utrūq; sexum concernere literas, quæ hoc declararent, occultant, aut lacerant, & per novam donationem sibi, & suis hæred.bus, exclusis fœminis, impetrant. Quidam præsertim defectui masculini sexus propinqui idem faciunt, in præjudicium fratrum generationalium eos prætermittentes, & uxores, ac filias suas literis donationalibus inscribi facientes. part: 1, tit. 36.

Donatio nova est prioris, legitimè iterata, roboratio, duplex, una respectu jurisdictionis Principis, & hæc non est necessaria, nisi fortè sentias te bona illa possidere sub aliquo tali titulo, ut non sis benè firmatus in eis contra jurisdictionem coronæ, valet simpliciter, sive cum jure regio facta, contra Principis jurisdictionem.

Si

Si falsa est expositio, de pacifico dominio præhabito, non valet, & impetrans, vt falsarius, punitur, licet annualem revolutionem in eis peregisset, absoluta potentia, & occupatione illegitima pro se usurpatis, altera est respectu fratrum generationalium, & sexus fœminei, & hæc ad ostendendum, quod bona non concernant sexum fœmineum, efficax non est.
part. 1, tit. 37.

Donationes per Ferdinandum ritè, & legitimè factæ, similiter & per Johannem, quarum vigore donatarius apprehendit dominium bonorum, donatariæ relinquuntur salvæ, & vigorosæ, exceptis his, quæ propter adhæsionem utrilibet parti factæ sunt. Pos. 52, art. 20.

Donationes Johannis Regis, per quas dominium donatorum, donatarius nondum apprehendit, ritè tamen & legitimè factæ, ac statutiore firmatæ, non obstantibus donationibus Ferdinandi; super ijsdem bonis factis, vigorosæ sunt in Comitatibus Bichorsienſi, Orodienſi, Czhongradienſi, Czhanadienſi, Szarand, Bekes, Torontalienſi, Temesienſi, Zolnok exteriore, Zerinenſi, in reliquis verò comitatibus è converso servantur donationes Ferdinandi. Pos 52, art. 22.

Donationes post obitum Johannis Regis, per quemcunq; alium factæ, præter Regem Ferdinandum, quæ non sunt per eundem confirmatæ, cassantur. Pos. 52, art. 22.

Donationes propter adhæsionem parti adversæ, id est, filio Johannis Regis, ita valent, vt statutioni sit contradictum per aliquos fideles, ea sa ex tali contradictione procedat, & sentētia exinde lata, executioni demandetur; qui tamen non curata fidelis alicujus contradictione bona penes donationem occupavit, per Capitaneos expellatur, bonisq; contradictori restitutis extra Dominum jus ex donatione prosequatur. Pos. 63. art. 47.

Donationes gratiæ Maximiliani in patris absentia factæ, ritè, & legitimè ratificantur. Pos. 63, art. 64.

Donationi semel per ipsum factæ, Princeps non potest nec per se, nec per alium refragari. part. 1, tit. 31.

Donationi inserta clausula, (& per eum tantum) valet, ac si diceres, medio ejus etiam alteri. part: 1, tit. 43.

Donationalib⁹ literis non inserens fratrum, quos bona concernunt, nomina, est proditor fraterni sangvinis. part: 1, tit. 38, 39

Donatarius, qui est in possessione bonorum per adhæsionem, factione filij Johannis Regis sibi donatorum (si adhæsio ita est notoria, vt etiam tempore hujus constitutionis in fidelitate perstiterit adhærens) non expellatur: sed qui in iisdem bonis jus habere prætendit, extra dominium illud requirat. part: 1, tit. 77.

Donator quispiam contrà donatarium per se agere non potest. part: 1, tit. 77.

Dos, seu dotalitium est, quod datur uxori de bonis mariti pro ejus defloratione part: 1, tit. 93.

Dos relictæ Baronis, in regno, & partibus ei subjectis flor: 400. Relictæ Magnatis, vel nobilis, aut militis 50. colonos vel ultra habentes in Hungaria flor: 200. in Sclavonia 100. in Transylvania 66. in

ferioris nobilis juxta bonorum quantitatem. Ibidem part. 1, tit. 93.

Dos mortuæ uxoris requiritur per propinquiorem ejus. Ibidem.

Dos partim pecuniis, partim rebus venalib⁹ solvitur; quæ tamen bona esse, non destructæ vestes, aut clauda animalia, sed qui in foro vendi possunt. part. 1, tit. 95. part. 3, tit. 3.

Dotem integram à primo virò, à secundò mediam, à tertio quartam partem, & sic deinceps, accipit Mulier. par: 1, tit. 96.

Dos & quartalitium simul potest quari de bonis ejusdem, respectu diversarum personarum. part: 1, tit. 97.

Dotum & Dotalitiorum solutio equis equalitatibus fieri poterit. part. 1, tit. 101.

Dotem uxor marito relaxat, & certis causis in articulo mortis etiam his cessantibus, & aliàs, quando non metu mariti facit. part. 1, tit. 109.

Dotum solutio quando fit, æstimantur saltem curiæ nobilitares, & sessiones tam populosæ, quàm desertæ, simulq; prædia, agri, prata &c. non æstimantur. part. 1, tit. 134

Dotum quartalitiorum, paraphernalium causæ brevi termino deciduntur, ut causæ per insinuationem motæ. part. 2, tit. 18

Dotem, & Paraphernum, vel quartalium tollere de domo sua admonetur mulier, & si tollere neglexerit, evocatur non de domo, sed de bonis, nisi fortè nulla haberet. Nam in casu, quo bona aliqua habet de domo evocans, aut personaliter in homagio ejus convincitur, & perdit dotem, paraphernum, aut quartalitium juris conventa venta, quæ admonita levare noluit. part. 2, tit. 24.

Dotem recipit mulier etiam de bonis pignoratitiis mariti, de ejus manibus, qui bona possidet titulo pignoris. part. 1, tit 103.

Dotis nomine uxori data pecunia, de bonis pignoratitiis, tempore redemptionis eorum recuperatur, cum capitali summa. Ibidem.

Dos uxoris non perditur, perditis bonis mariti propter scelus aliquod. part. 1, tit. 104.

Dotem perdit adultera, & capite plectitur. part. 1, tit. 105.

Dotum causæ continuæ adjudicentur. Poson. 52, art. 28.

Dotes uxorum qualitercunq; decedentium, juridicè interminendarum, integrè manent successoribus. Andr: art. 12. Matt: maj. art. 3. Vlad: maj. art. 64.

Duelli dimicatio aboletur. Matt: maj. art. 18. Vlad: maj. art. 37.

Duplici titulo pignoris, scilicet, & perpetuitatis aliqua bona possidere non possunt. part. 1, tit. 82.

Duplici sub colore agens, calumniæ pœna afficitur. part. 2, tit. 70.

E.

Ecclesiis donare permittitur cuilibet. S. Steph: lib. 2, Col. 5. S. Lad: lib. 1. cap: 23.

Ecclesias ob seditionem desolatas, Parochiani restaurant, Rex addit calices, vestimenta. S. Ladisl. lib. 1, cap. 7.

Ecclesias vetustate desolatas, Episcopus reparat. S. Ladisl: lib. 1, cap. 8.

Ecclesias immunitas ne quis ex ea extrahatur. S. Ladisl: lib. 1, cap. 4, 5, 17. Col: art. 69.

Ecclesias aut imagines destruens, diripiens, prophanans, spolians, comperta rei veritate, puniatur jure mediante per Regem. Sop: 53. art: 7.

Ecclesiam effringens, evocatur cum insinuatione, & ex parte ejus mediante, communi insinuatione fiat justitia. Matt: maj. art. 61.

Si nobilis est, perdit bona, si ignobilis comburitur. Ibidem.

Ecclesiam nullus ex Magnatibus sibi vendicet. Col: art. 5, 7, 8. Sig: maj. art. 21.

Ecclesiarum bona, & proventus non occupẽtur. Col: art. 1. Sig: maj. art. 21. Matth: maj. art. 40.

Ecclesiarum bona, & provent⁹ occupati, sub nota infidelitatis pœna remittantur. Zol: 42. art. 3.

Ecclesiarum bona non perduntur, per delicta personarum. part. 2, tit. 41, 51.

Ecclesiastica bona ab ecclesiis divulsa, possunt Episcopi perquirere. Pos. 50, art. 20

Ecclesiarum, & ecclesiasticorum bonorum libertas à contributionibus, & exactionibus pro Rege. Col: art. 50. And: art. 3. 20. Lud: 1, art. 11. Alb: art. 16, 17. Vlad: maj. art. 28, 101.

Ecclesiarum proventus apud quoscunq; existentes, restituantur, inscripti per Regem eliberentur. Pos. 50, art. 17.

Ecclesiarum, contra diuturnam libertatem, statutum non valet. Prologo.

Ecclesiastici pro se, aut ecclesiis suis non possunt emere, aut titulo pignoris accipere bona secularia: è converso, nec seculares ecclesiastica. Vlad: min. art. 55.

Ecclesiastici cum tribus inquisitoriis literis. possessiones acquirere non possunt. Vlad: art. 77.

Ecclesiastica bona, vel beneficia, supra invocibus bona, & beneficia, Ecclesiasticæ personæ digniores sunt sæcularioribus. part. 1, tit. 2.

Ecclesiastici cum nobilibus eam gaudent libertate. Ibidem.

Ecclesiastici, gẽtes suas ratione decimarum, quas adhuc habent, interteneant, vel in suis, vel in aliis arcibus finitimis. Pos. 55, art. 5. Tyr: 46, art. 17.

Ecclesiastici jurant Regi ad homagium fidelitatis: & ratione jurium possessionariorum vel negotiorum ex illis emergẽtium, conveniuntur coram Judicibus regni. part. 1, tit. 12.

Ecclesiastici sententiam capitalem non subeunt. part. 2, tit. 42.

In tribus tamen casibus, videlicet, læsæ Majestatis, notæ infidelitatis, & deliberati homicidij subeunt. part. 2, tit. 44.

Ecclesiastici contra sæculares, & è converso, æquali pœna subjacent, emendæ, scilicet capitis, loco capitalis sententiæ, & damnorum refusioni. part. 2, tit. 44. Alb: art. 34. Matt: in art. 73. Vlad: maj. art. 76. Lud: 1. art. 1.

Ecclesiastici damna, à se illata, & debita, pecuniis refundunt, aut rebus mobilibus, juxta verum valorem; si non possunt, aut nolunt, occupantur bona Ecclesiæ, donec de proventibus eorum satisfiat. part. 2, tit. 45.

Eccle-

Ecclesiasticis servetur in omnibus eorum libertas, specialiter in visitationibus liberè procedere, & in plebanorum vitia inquirere, & ea punire possint. Pos. 57, ar. 10

Ecclesiastici judices non judicant jure possessionario, nec ratione testamenti: nec ratione promissionis interveniente; item nec causas debitorum, & violatæ fidei post mortem ejus qui fide præstiterat.
part. 2, tit. 52.

Ecclesiasticus judex, nolens ad mandatum ordinarij Judicis causam transmittere in curiam ad videndum, utrum Ecclesiasticum, vel seculare forum concernant, perdit beneficium. Vlad: maj. art. 46.

Ecclesiasticus judex aliquem in facto juris possessionarij coram se citans, & scienter in causa procedens, in æstimatione sui cõvincitur. Vlad: min: art. 62.

Ecclesiastici judices in causis prophanis neminem compellent coram se respondere; alioquin, etiam si quis ignorantia ductꝰ, vel metu excommunicationis respondeat; nullius sit momẽti, & propter excommunicationem, homagium excommunicati persolvant. Vlad: min. art. 61.

Ecclesiastici judices inter cives etiã de causis prophanis non judicant; sed tantum de spiritualibus. Vlad: min. art. 60, 61.

Ecclesiastici, pendente aliqua causa ipsorum in curia regia, occasione ejusdem causæ, nec interdictum, nec excõmunicationem pronuncient contra suos adversarios.
Lud: 1. art. 1.

De ecclesiastico foro tripartitum non disserit, sed relinquit hanc tractationem, his, quorum interest. part. 1, tit. 78.

Ecclesiastica judicia juxta Canones, per censuras ecclesiasticas, etiam brachio regali invocato, celebrentur; cessant tamen tempore bellorum. Pos. 52. art. 25. Pos. 56. art. 35. Pos. 57, art. 9.

Ecclesiasticæ causæ, vide supra causæ.

Ecclesiasticæ personæ insurgere debent secundum art: anni 1552. & aliæ constitutiones successu temporis de eodem limitatæ serventur. Pos. 78, 11, 12.

Educilatio vinorum in locis, ubi vineæ nullæ sunt, libera colonis ad festum nativitatis Domini, postea, per totum annum pertinet ad Dominos; qui educillent vera mensura; non tamen distribuant inter colonos. Ubi autem vineæ habentur, coloni à festo Michaëlis ad festum Georgij, & deinceps Domini, modo suprascripto educillent. Pos. 50, art 36.

Emancipatio filiorum fit bonorum divisione, filiarum emaritatione. par. 1, tit. 51.

Emenda capitis Prælatorum, & Baronum flor: 400, nobilium 200, rusticorum 40. Vlad: ad maj. art. 19.

Emendæ capitis sententia damnatus nec capitur, nec punitur in persona.
part. 2, tit. 43.

Emendæ capitis sententia damnati bona omnia occupantur, sicut capitali sententiæ subjacentis; ex quibus summa homagij ejus solvitur parti adversæ; reliqua dividuntur inter judicem, & partem possidentem, ad tempus redemptionis.
part. 2. tit. 43.

Emenda linguæ imponitur ob falsam querimoniam Regi, vel judicibus porrectam; vel inhonesta verba contrà honestum prolata,

lata, ejus pœna floreni centum: Sed causa principalis, propter eam non amittitur. part. 2, tit. 72.

Emere ante filios, vel fratres condivisionales, aut etiam vicinos non ammonitos, externos non potest jura possessionaria part. 1, tit. 60.

Emi non posse lites, ita intelligendum; quòd emptor eas non suo vèditoris nomine prosequitur, & solum vivente venditore. part. 1, tit. 27.

Emptor (à quo frater venditoris recipit bona, per communem æstimationem) si majori summa emerat, quam æstimatio esset valitura; reliquam partem summæ recuperat, ex aliis juribus possessionariis, si habet; sin minus, rebus mobilibus venditoris, si nihil habet venditor, ferat emptor damnum suum.

Emptor bonorum litigiosorum vẽditoris nomine litigat pro eis, quo ante decisionem causæ extincto, non procedit ultra in causa. part. 1, tit. 27.

Episcopi Synodos celebrent, ad quas, si quis non dimitteret suum plebanum, puniatur per Regem. Pos. 59, art. 41.

Equites continuos qui non servaverint, pœna articul 1550, & 1567 annorum, puniantur, nempe, quod Vice comes bona talium occupet, & duplam ejus quod neglexerunt, percipiat Poson. 78, art 9

Equites continuos tam domini, quam nobiles servent, sub pœna statuta 1567 & 1569 & 74 distributio eorundem pertinet ad Capitaneos, & Vice comites. Poson. 75. art. 10 *cum scitu Archiducis Austriæ, aut Imperatoris.* Poson. 78, art. 10 *quorum causa Capitaneus à Camera regestum portarum accipiat.* Ibidem.

Equi, equitiales Mariti, sive stante conjugio, sive ante acquisiti, infra numerum quinquagenarium, dividuntur æqualiter cum uxore, si sunt 50 vel plures, testari poterit de eis maritus, nisi sint aviti; quia tunc ad hæredes devolvuntur, cum aliis bonis, dempta propria ejus portione, de qua etiam in hoc casu testatur. part. 1, tit. 101.

Equus furtim ablatus, & in exercitu repertus, non tunc, sed post condescensionem expeditionis, jure repetitur, in alio autem loco, si invenitur, statim per juramentum tertiò se, recuperat eum is, ad quem pertinet, & apud quem inventus fuerit, si venditorem, vel aliud documẽtum emptionis non ostendet, suspenditur. Idem de bove, & alia re furata intelligo. part. 3, tit. 34.

Equites non faciant excursionem, & depradationem. Pos. 78, art. 14.

Equitibus continuis singulo trimestri ad stationes salarium domini mittant, ne milites exeant. Pos 78, art. 7.

Pro equitibus continuis, ultra Danubiani servent pedites. eodem.

Errores à Prothonotariis in literis evocatoriis, vel sententionalibus commissi, per eosdem, postquam animadversi fuerint, corrigantur, in judicio contradictorio, idem intelligatur de literis Capitulorum & Comitatuum. Pos 66, art. 24.

Erigens se contra Regem, & statutum publicum, notam incurrit. part. 1, tit. 14.

Erutores oculorum nota infidelitatis feriuntur. *Ibidem.*

Evictor non contra violentos, sed contra legitimos impetitores tueri tenetur; alioquin tantùndem occupabitur de bonis ejus & omnes conditiones in evictionalibus literis positæ, servari debent. *part. 1, tit. 74, 75.*

Evictor non tenetur conservare in particula terræ, a possessione per metalem reambulationem avulsa, nisi hoc facere specialiter promisisset. *Ibidem.*

Evincere aliquis non potens in bonis datis, reddatur aquivolens, aut alias contentet. *part. 1, tit. 74*

Evictor, qui donavit, aut vendidit bona, nunquam potest agere per se contra eum, cui donavit, aut vendidit. *part. 1, tit 77.*

Evictionem ad præassumptam si aliquis evocatus est, talis evocatio in uno termino finiri solet. *part. 2, tit. 13.*

Evocatio seu exordium causæ est multiplex, simplex, peremptorialis, vel insinuationis, ammonitoria, introductorialis, reambulatoria. *part. 2, tit. 18*

Evocationes fiunt per regium, aut Palatinalem, & capitulares homines. *part. 2, tit. 19.*

Evocantur evocandi ex suis juribus possessionariis, aut pignoratitiis, ex officiolatibus autem, ratione actuum solummodo potentiariorum, ex iisdem officiis patratorum. *Ibidem.*

Evocatio personalis per scribam Regium fit ob verberationem, vulnerationem, aut dehonestationem existentem in octavis, aut brevibus judicis, ratione bonorum pignoratorum, si actor potest de facto producere literas pignoratitias. *part. 2, tit. 20.*

Evocans mortuum, aut illegitimæ ætatis puerum, in evocati homagio convincitur. *part. 2, tit 23. part. 1. tit. 132.*

Evocatur nolens assumere pecuniam, & remittere pignus, vel levare dotem, quartam, paraffernum, non personaliter nec de sua curia, sed de jure possessionario, aut pignoratitiis, si habet, sin min⁹, etiam de Curia. *part. 2, tit. 24.*

Evocati in casibus proximè denotatis, si non comparent ad terminum assignatum, contra actores, si non vicini, sed fratres fuerint, in æstimatione bonorum condemnantur, & bona restituuntur actoribus, sine omni pecuniaria solutione. *Ibidem.*

Evocatio cum clausula, (litis pendentia) si qua foret inter eos, fit ad calumniam vitandam. *part 2, tit. 25.*

Evocationes in factis potentiæ, cum insinuatione fiant. *Matth: art. 5. Matt. art 7. Vlad: ad min. art. 13.*

Evocatio tria requirit, annotandi in se personas, tempus facti, locum, seu comitatum. *part. 2, tit. 26.*

In Evocationibus, ratione actuum potentiariorum, clausula assumptis secum personalem, denotat interessentiam Missio, & destinatio in casibus contingentibus, præsupponit mittentem domi fuisse: In casibus autem deliberatis, etiam ad peregrè constitutum referri potest; quia forte discedens mandavit, ut eant, & talia perpetrent. Jussio autem, & commissio

missio etiam ad absentem pertinet: tamen hic quoq; perpendendum est, an contingens sit, vel deliberatus casus, sicut in missione. Hæc observare debet, qui vult ostendere evocationem malè esse formatam, & per hoc causam condescendere. part. 2, tit. 82.

Evocatio secunda appellatur, quando per (non venit:) condemnatus ad solutionem birsagij, & prosequutionem causæ evocatur. part. 2, tit. 86.

Excommunicationis, aut interdicti sententiam in Nobiles Episcopi non ferant, sine scitu Regis, occasione litium ipsis cum illis habitarum. Lud: in art. 1, Matth: maj. art. 28.

Excusatio rationabilis in judicialibus, vel sententionalibus literis posita est, quando principalis, vel procurator ejus de domo se movet, iturus ad octavas, ac in itinere vel in gravem incidit ægritudinem, vel aquarum exundatione detinetur, aut equus ipsius, cujus in locum alium emere ob paupertatem non potest, infirmatur, vel à latronibus aut hostib⁹ intercipitur. Hæc enim si probari possunt, excusant à birsagij solutione. part. 2, tit. 59.

Exemptiones à jurisdictione judicum inferiorum, ut solius Regis judicatui subsint, alioqui locum non habent, exceptis Comitibus perpetuis. Matt: maj. art. 21. Vlad: maj. art. 15.

Exemptiones regum perpetuæ à dica solvenda, maneant in suspenso hoc disturbiorũ tempore. Pos. 66, art. 8. Pos. 67, art. 13.

Exemptiones in locis desertis, aut combustas domus ædificantes, & conserventur, & novæ concedantur. Pos 66, art. 8.

Expeditionis particularis, & generalis modus, servetur secundum art: annorum 53, 56, 57, 67. & præcipuæ ad art: 53. Pos. 78, art. 10.

Exequutiones judicales electi, & jurati nobiles faciant in quolibet comitatu, & non alij. Matt: maj. art. 9.

Executiones sententiæ notæ infidelitatis in curia regia latæ, ratione bonorum in partibus regno subjectis, remittitur ad Judicem loci illius, ubi sunt bona. part 2, tit 66.

In executione notæ proceditur, ut in capitali sententia. part. 2. tit. 65.

Executiones sub juramento referantur per capitularem, & regium homines; & hoc in relatoriis specificetur, alioquin non valeat exequutio in posterum peragenda. Poson: 59 art. 50.

Executionem Vice-comitum, aut Judicum nobilium faciens, ubi nullum birsagium accipit, debet habere pro salario in singulos dies, flor: 1. ubi verò birsagium nullum salarium tollit. Pos. 46, art. 37.

EXERCITUANDI MODUS ex novissimis Regni constitutionibus.

Ad generalem expeditionem, ratione centum colonorum, juxta connumerationem dicæ, Dn: terrestris suis sumptibus decem equites (huc tamen computatis equitibus continuis) benè armatos, & sumptibus colonorum, decem pedites pixidiarios ducant, ibi duraturos usq; ad finem expeditionis, sub pœna notæ infidelitatis: ita tamen, quod coloni Turcis subditi, ad me-

diam partem teneantur. Pos. 74, art. 20. Tyr. 45, art. 5.

Omnes domini Prælati, Barones, Nobiles, & alij possessionati, penes personam Regis, aut ejus filij, ad generalem expeditionem personaliter prodeant, & ad finem usq; ibi permaneant, sub pœna notæ infidelitatis. Tyr. 45, art. 5. Pos: 56, art. 22 Zol: 42, art. 32. Pos. 42, art. 21. Zol: 43, art. 12. Pos. 52, art. 9.

Si quis decem portas populosas non habuerit, is cum altero nobile conferat & componat, vt denarius numerus compleatur, & unus eques pro eo sistatur. Tyr: 45, art. 6.

Nobiles unius sessionis, singuli in equis, aut si eos non habent, pedites ad bellum eant. Zol. 42, art. 33.

Nobiles unius sessionis, ex singulis tribus integris curiis, unum equitem bene instructum mittant. Pos. 56, art. 22.

Viduæ unius sessionis domi maneant, quæ ad bellum idoneos filios non habent, & Deum orent pro salute publica. Tyr: 45, ar. 21.

Nobiles unius sessionis ex quinq; curiis unum equitem dare tenentur. Sop: 53. ar. 5 Pos. 42, art. 26, & soli personaliter ire non tenentur. Pos. 67, art. 32.

Eorum, qui expeditioni non interfunt, vel ratione colonorum suorũ milites non ducunt; bona conferat Rex iis, qui fideliter in expeditione servierint. Tyr: 45, ar. 7

Alienum servum, tempore lustrationis, pro suo statuens, unà cum eo, à quo illum mutuò, concessum habuit, cognita superinde veritate, capite plectatur. Tyr: 45, art. 8

Servus fugitivus, in castris repertus domino reddatur, si ibi non fuerit repertus, sub termino termino à Capitaneo impetrando; dominus pro eo alium conducat, & desertor ille ubicunq; post expeditionem inventus fuerit, capite plectatur. Ibidem art: 9.

Qui requisitus, fugitivum restituere nollet, solvat ejus homagium. Tyr: 45, art. 9. Poson. 52, art. 10. art. 13.

Ægrotantem servum in castris ostendat dominus Capitaneo, ne fortè ægrotare dixerit, quem non habet. Tyr: 45, art. 10.

Nobilis alicujus stipendio militans, vel ab aliquo dominio in fortalicijs loco officiali vel castellani, vel pro decore penes uxorem domi relictus; pro sua persona unum equitem, & equites, ac pedites, ratione colonorum suorum, in medio comitatus habeat. Tyr: 45, art. 11. Zol. 42, a. 44 Poson. 42, art. 22.

Ad custodiam castrorum Magnatum, Castellanus unus, Provisor unus, pro Magistro curiæ, vel ad alias necessitates, similiter unus ex nobilibus domi maneant, non plures. Pos. 42, art. 23.

Pueri, senes, imbecilles, viduæ, fœminæ omnes, tanquam bello inhabiles, ratione colonorum, vt alij, & ratione personarum suarum, singulos equites mittant. Tyr: 45. art. 13. Zol: 42, art. 42. Pos. 42, art. 20.

In variis comitatibus bona habens, ratione omnium illorum milites suos secum habeat in comitatu, in quo residet; tempore tamen lustrationis specifice demonstret, vice-comiti cujuslibet comitatus, quos ratione bonorum ibi existentium ducit. Tyr: 45, art: 14.

Qualescunq; regios proventus pignoris titulo, vel

lo, vel aliter in manibus habens, ratione singulorum centum florenorum, equites quinq; ducat. Tyr: 45, art. 15.

Ecclesiastici decimas habentes, supra equites & pedites, quos ratione colonorum suorũ dare tenentur, debebunt etiam ratione decimarũ à singulis decimis florenos centum valentibus, quinq; equites mittere. Tyr: 45, art. 17. Pos 42, art. 26. Zol: 43, art 13

Mitigatur hæc constitutio, & numerus quinq; equitum à centum florenis, ad duos equites reducitur. Pos. 52. art. 3.

Nobiles per Turcas omnibus bonis privati, nihilominus in personis suis tenentur, ire in expeditionem Tyr: 45, art. 18.

Ex fratribus indivisis, in eadem domo habitantibus, unus tantum ad expeditionem proficisci tenetur. Tyr. 45, art. 19. Zol: 42, art 43.

In singulis comitatibus vice-comes, si idoneus fuerit, alioquin alius idoneus Capitaneus eligatur; qui ad expeditionem pertinentium negotiorum curam gerat. Tyr: 45. art. 20.

Capitulares, & aliæ ecclesiasticæ personæ beneficiatæ, ultra eos, quos ratione decimarum, & bonorum tenent; etiam ratione capitum suorum singulos equites mittant. Tyr: 45, art. 22 Zol: 42, art. 26.

Debent tamen plures provent⁹ habentes simplicioribus auxilio esse. Ibidem.

Mitigatur hoc, addita particula, (pro facultate eorum) Zol: 43, art. 13.

Hæc constitutio postremò mitigatur hoc modo, ut pro aliis capitularibus unus ad prædicãdum aptior, aliorum sumptibus vadat, reliqui domi maneant. Pos. 52. art. 3.

Plebani, & rectores Altarium, villani decem, tenent unum equitem, in cujus intertentione, qui plures habet proventus, plus conferat. Tyr. 45, art. 23.

Tollitur hæc constitutio. Pos. 52, art. 3.

Civitates liberæ, & montanæ in generali expeditione de colonis more aliorum in aliis arbitrio Regis onera subeant. Tyr: 45, art. 24.

Plebani liberarum, & montanarum civitatum, item oppidorum Berek szász, Szõlõs, Saros-patak, & aliorum potiorum locorum, vel patroni, qui hujusmodi plebanatus possident, ratione proventuum, ex singulis centum florenis teneant duos equites, sub amissione beneficiorum, ac juris patronatus. Tyr: 45, art. 25.

Lustrationis tempore, quilibet specificet numerum gentium ratione bonorum suorũ, in singulis comitatibus habitorum, fiatq; regestum, & ejus copia detur Capitaneis, sub sigillis Magistrorum lustrationum, dominis quoq; si voluerint. Tyr: 45, art. 26.

In excubiis peragendis nobiles non plus aliis onerentur; sed æqualiter eorum habeatur cum Regiis & dominorum militibus ratio. Tyr. 45, art. 27.

Victualia ex omnibus comitatibus convehantur ad castra, & eorum vectores nec tricesimam, nec tributum solvant; qui aliquid exegerit ab eis, perdat jus tributi Dieptor hujusmodi victualium in itinere, vel in castris, capite plectatur. Tyr. 45, art. 28.

Victualia quanta ex singulis juxta colonorum numerum danda sint. Vice-comes cum duobus nobilibus ad id eligendis, domi manentibus limitet, qui pro suis nihilominus personis equitem mittant, & qui sic limitata non vexerit ad castra tãtorum victualium pretio mulctetur.

Tyr: 45, art. 29. Pos. 42, art. 25.

Domini, & nobiles ipsemet propria victualia in castra perduci faciant: sed de colonorum eorundem victualibus Vice-comes, & electi nobiles, præmisso modo, limitationem faciant. Tyr: 45, art. 30.

Equus in exercitu amissus, à quocunq; inventus restituatur suo domino sub amissione capitis. Tyr: 45, art. 21.

In progressu exercitus, nemo alicui damna inferat; contrarium facientes, puniantur per Capitaneos. Zol: 43, art. 23.

Ad domos nobilium, & Ecclesiasticorum nemo ipsis invitus condescendat.

Zol: 43, art. 24.

Milites particulares extra exercitum vagantes, & damna inferentes, victualiaq; sine precio auferentes, capiantur per rusticos, & Capitaneis, aut illis longè distãtibus, Comitibus, vel Vice-comitib⁹ tradantur, qui damnificatis ex parte eorum satisfacere debent. Zol: 43, art. 25.

Servus ad annum conductus, etiam expleto anno, expeditione, vel si in arce servit, obsidione, aut obsidionis metu, durante, à domino discedere non possunt.

Poson. 52, art. 11.

Equitum menstruum stipẽdium flor: 3. den: 20. peditum flor: 2. Ad annum conductis equitibus, quam diu sunt in expeditione, bini bini flor: dentur in mensem.

Pos. 52, art. 13. Zol: 42, art. 24.

Quando in aliquo oppido, vel pago milites condescendant, antequàm hinc discedant, Capitaneus, convocatis rusticis, resciat, si quid damni ipsis illatum est, & de facto curet eos contentari. Pos. 52, art. 14.

Ad particularem expeditionem penes Palatinum, vel Capitaneum (quando aliqua hostilitas de improviso emergeret, qua vel arcem obsideri, vel justi exercitus specie partem aliquam regni infestari cõtingeret) personaliter insurgant domini, & nobiles viciniores; nobilesq; unius sessionis, de quinq; curiis, unum equitem mittant. Pos. 56, art. 22.

Ad exequutiones quoq; juxta constitutiones Novizolienses, omnes domini viciniores, & nobiles, cum gentibus suis, & qui idonei sunt, etiam personaliter debent insurgere penes Capitaneum supremum.

Tyr: 45, art. 32.

In casu obsidionis alicujus arcis, vel, si Turci munitionem novam in nostram pernitiem erigere vellent, vel rebelles essent reprimendi, aut de eorum manibus fortalicium aliquod auferendi veniam, etiam cum colonis penes Capitaneum insurgendum est. Zol: 43. art. 22, sub pœna generalis decreti. Pos. 46, art. 17.

Per Vice-comites debet hæc occupatio fieri.

Poson: 55, art. 4.

Ad particularem expeditionem de mandato capitanei de viginti quinq; colonis, unus eques, & unus pedes mittatur.

Sop: 53, art. 4.

Ad particularem expeditionem non insurgentis,

gentis, bona per Capitaneum occupentur, ac occupata tam diu teneantur donec duplum ejus, quod præstari debuisset, exigatur. Tyr: 47, art. 17.

Nobiles unius sessionis ex singulis quinq3 curiis, unum equitem mittere, ac ipsi quoq3 in personis ire; vel loco personarum suarum, singulos equites expedire tenentur penes Capitaneum. Sop: 43. art. 4.

Vice-comites ad particularem expeditionem personaliter ire non tenentur propter alia negotia domi ipsis incumbentia. Sop 53, art. 4.

Expensas per comitatum; in via præsertim ad Regem mittendo factas, pro rata sua parte, quilibet tollerare debet. Matt. maj. art. 64.

Externorum inductores ad turbandum regnum. notam incurrunt. part. 1, tit. 14.

Externi mercatores, ultra consueta dispositionum loca, mercatum non eant. Alb: art. 7. Vlad: maj. art. 84.

Externis beneficia, & honores qualescunq3 non conferantur. And art. 11. Alb: art. 5. Vlad ad maj. art. 30, 31. 32, ad min. 35, in quinto art. 10.

Nec proventus regij eis arendari possunt. Alb: art. 6.

Nec possessiones eis conferri. Alb: art. 16 Vlad: maj art. 9. ad maj. art. 5.

Neq3 jura possessionaria eis vendantur. Matt: maj. art. 32.

Nec officia, & loca finitima eis conferantur. Vlad maj. art. 8. Poson. 46. art. 16. Poson: 52. art 31.

Externi per Regem in Hungaros creari debent tempore Dietæ, de regnicolarum consilio, silio; & consensu; si verò extra regnum. Rex aliquos de regno benè meritos creat, id facere debet consiliariorum suorum Hungarorum ex consilio. Et tales novi Hungari jurare tenentur tempore creationis sua; quod regni legibus in omnibus parebunt, libertatibusq3 ejusdem regni pro virili sua respondebunt, nec contra eas, aliquid facient, à regno nihil alienabunt, sed alienata etiam omni studio recuperabunt. Pos. 50, art. 76.

Equites in pascuis non gratuito, & præda vivant, sed rerum precium solvant, vt ad omnium statuum, & ordinum bona vadant, cognatorum equos non deducant, si fecerint, equos amittant per Capitaneos, pars cedat denunciatori, pars fundi domino. Poson. 78, art. 14.

Item juxta articulos, anni 1566 art, 20.

Ernesto Archiduci in Ungaria Rex bellicarum data potestas, & quod is in consilium ejus rei sibi Ungaros quoq3 adhibeat. Pos. 78, 16.

F.

Falsas literas, aut monetas, aut sigillum falsum conficiens, seu evidenter illis utens, notam infidelitatis incurrit. part: 1, tit. 14. Vlad. ad maj. art. 81. ad maj. art. 14.

Falsas literas conficiens Capitulum. Vide supra Capitulum.

Falsa privilegia per Gabrielem literarum fabricata. part: 2, tit. 14.

Falsæ literæ cognoscuntur ex consideratione, & calculatione annorum; datarum, ex sigilli impressione, ex nominum, & cognominum

minum raſuræ, & ſi fatens in literis ſcriptus, probabit ſe alio loco fuiſſe cum faſſionem celebraſſe dicitur. part. 2, tit. 12.

Faſsionem patris, vel fratris retractare non valet, qui bonis per illam acquiſitis, vel commutatis, ſine juridica reclamatione uſus eſt. Item faſsiones, quæ portione litigioſorum bonorum recepta, per modum concordiæ fiunt, non retractantur.
part 1, tit. 62.

Faſsio inter fratres, prætextu jurium poſſeſſionariorum, in quibus mutuo ſibi ſuccedunt, non indiget conſenſu regio, nec ſtatutione. part: 1, tit. 63, 65.

Faſsiones inter externos, ſive perennales, ſive pignoris titulo ſupra 50, florenos celebratæ, ſtatutione legitima infra annum fienda indigent. part. 1, tit. 63

Faſsio, quæ conſenſum regium requirit, ſtatutione debet roborari, poſt conſenſum impetratum. Ibidem.

Faſsiones inter ſeſe adoptantes ad futuram mutuam ſucceſsionem, poſt alterutrius defectum, & conſenſus regius ſuperinde ſecutus, ſtatione firmatur, uno deficiente, non prius; niſi jus regium contineret ipſe conſenſus, quia tunc infra annum ab impetrato tali jure regio, legitimam debet ſatiri ſtatutionem. part: 1, tit. 63.

Faſsionem propriam in judicio factam, nemo poteſt revocare. Vlad. in quint: ar. 15.

Faſsiones perennales, aut impignoratitiæ, ſupra communem æſtimationem à perſonis defectui ſeminis: appropinquantibus factæ conſenſu regio indiget. part: 1, tit. 65.

Faſsio in comitatu in ſede judiciaria coram Vice-comite, & Judice: nobilium uſq; ad florenos 100, fieri poteſt coram vicecomite, extra ſedem judiciariam, uſq; ad florenos duodecim.

Coram judicibus nobilium extra ſedem, ad florenos quatuor.

Fraternalis adoptio locum non habet legitimis hæredibus exiſtentibus. part. 1 tit. 66

Frater naturalis, vel adoptivus habens jus ſucceſſorium in bonis fratris, eo mortuo ſine hæredibus, reale dominium eorum bonorum apprehendit, ſine ſtatutione.
part: 1, tit. 67.

Faſsiones cum clauſula (nullum jus, &c.) hanc vim habent; quod etiam deficiente eo, cui faſsio fit, bona, de quibus faſſus eſt, ad fatentem non revertuntur, ſed ad fiſcum deſcendunt. Sine hac clauſula revertuntur in caſu defectus illius.
part. 1. tit. 69.

Faſsiones inter maritum, & uxorem, de bonis per ſe acquiſitis, valent jure perpetuo, titulo pignoris, etiam de bonis avitis, quando maritus res proprias uxori expoſuit ad bonorum redemptionem, emptionem, aut melioriationem, ſeu domus reparationem, ac pro his impignorat, non aliter. par. 1, tit. 110.

Faſsiones inconſultas, à ſe infra ætatem factas, pupilli revocare poſſunt, ante expletum tempus perfectæ ætatis. par. 1, tit. 28

Faſsiones poſt obitum Regis Ludovici, in præjudicium hæredum, de bonis poſſeſsionariis coactè, vel aliter illegitimè factæ, nullius ſint vigoris. Poſ. 42, art. 42.

Faſsiones coactæ per quoscunq; ratione bonorum propter adhæſionem donatorum, vel aliter ſub his diſturbiis violenter occupatorum;

torum; pro eliberatione partis bonorum, de reliqua parte facta nulla sunt.
Pos. 52, art. 17.
Fassiones post obitum Joannis Regis, coram capitulis, vel aliis personis authenticis legitimè facta, in vigore permaneant.
Pos. 52, art. 23.
Fassio in civitatibus liberis fit coram judice, aut duobus juratis; alioquin non valet ratione bonorum in territorio ipsorum existentium. part. 3, tit. 13.
Festo die laboranti auferantur jumēta, cum quibus laborat, & vestes. S. Steph: lib. 2. cap: 7. S. Lad. lib. 1. cap: 12.
Festo die ecclesiam non visitans, vapulet. S. Steph: lib. 2. cap. 8. S. Ladisl: lib. 1. cap: 11.
Festa non colens, si liber est, tribus diebus pœniteat. Si servus, septem plagis mulctetur. Col: 2. art. 13.
Festo die vendens, perdit precium rei venditæ. Col: 2, art. 14.
Fœminæ non succedunt in bonis fratrum, seu collateralium, pecuniis emptis: sed in iis tantum, quæ maternis, aut paternis pecuniis comparata sunt. part: 1, tit. 17.
Fœminis simpliciter præfectis in masculos, sine hac clausula (quo ad utrūq; sexum) succedunt tantum filij, non filiæ, & filiæ quartalitio contentantur. Ibidem.
Fœminæ non succedunt in bonis partim servitiis, partim pro pecuniis illatis; sed accipiunt portionem ex summa, quæ data est in pretium talium bonorum. part. 1, tit. 21.
Fœminas bona à Rege donata non concernūt, rationæ pecuniæ datæ contradictoribus, tempore statutionis eorum, pro faciliori adoptione &c. part: 1, tit 28.
Fœmineum jus non concernere aliqua bona, non probant literæ novæ donationis, nec divisionales, nec expeditoriæ, super quartarum solutione; sed originales, super acquisitione bonorum, aut his non existentibus, juramentum quinquagesimo se. part: 1, tit. 37.
Fœmineum sexum non concernunt bona simul marito, & uxori donata post eorum mortem, nisi expressè ponatur in literis, quo deficiente masculino sexu, ad filias devolvantur. part. 1, tit. 48.
Fœminei sexus fratres portionem, vel quartalitium de bonis patruus, vel avitis, à fratribus masculini sexus in terminis judiciorum requirere possunt. Pos. 45, art. 36.
Fœmine consangvineæ in bonis utrūq; sexum concernentibus, vt masculi, in aliis vt vicini, ante alios tamen vicinos præferūtur, externis in bonorum emptione. part. 1. tit. 60.
Fœminæ non succedunt in bonis concambiatis, ratione pecuniæ additæ, sed habent portionem de summa pecuniæ talis. part. 1, tit. 73.
Fœminas an concernant aliqua bona, si quæritur, semper ad originales literas, quibus sunt acquisita, recurrendum est. part: 1, tit. 73.
Fœminæ procuratores constituere anno ætatis 12. de debitis & juribus pignoratitiis, rebusq; mobilibus 14 super quartalitiis dotibus, ac juribus possessionariis 16. fateri possunt. part: 1, tit. 111.

Filij nati ante condemnationem, etiam per gratiam subsequutam, non recuperant successionem in bonis patris nota infidelitatis damnati, post condemnationem nati succedunt patri. part: 1, tit. 16.

Filij nati antè condemnationem, & fratres nota infidelitatis affecti, recuperare possunt successionem in bonis illius per gratiam restituti mutuò contractum, perq; fassiones novas de successione regio consensu formatas. Ibidem.

Filij, vel fratres capitis pœna affecti succedunt. Ibidem.

Filij, vel fratres capitali sententia damnati, & per gratiam restituti rediment eis bona. Ibidem.

Filij vocantur propriè hæredes, filiæ impropriè; & tamen ratione bonorum sexum fœmineum concernentium. part. 1, tit. 17

Filius minor filiæ majori præfertur in dom. paternæ adoptione. part. 1, tit. 41.

Filius patrem ad divisionem bonorum a viticorum, in quib. casibus potest compellere. Vide supra divisio:

Filius consensu patris, qui uxorem duxit, potest patrem ad communium bonorum divisionem cogere. part. 1, tit. 54.

Filij furiosi nunquam emancipantur. part. 1, tit. 55.

Filiis legitimæ ætatis invitis, pater tutorem in testamento constituere non potest; volentibus, aut petentibus, datur curator. part. 1, tit. 124.

Filij ob delicta patrum mortuorum, capitali, vel emendæ capitis sententia, quantum ad pœnam, non subjacent; sed in æstimatione tantum paternorum bonorum convincuntur. part: 2, tit. 51.

Filij a parentibus malè occupata bona detinentes, non puniuntur, nec contra, & non perdunt suas portiones in bonis delinquẽtis. part. 2, tit. 60.

Filij nati, concepti, posthumi, omnes legitimè succedunt in bonis paternis, & possunt redimere bona parẽtum sententiatorum, redemptibilia, qui sunt concepti, vel nati ante sententiam. part. 2, tit. 62.

Filij nati post sententiam redimere possunt, & ipsi bona patris sententiati, sed portiones ex illis non accipiunt. part 2, tit. 63.

Filij cum patre simul sententiati, per gratiam regiam rediment jura possessionaria, similiter fratres. part: 2, tit. 64.

Filiæ posteriores dicuntur, & succedunt in bonis sive paternis, sive maternis pecuniis emptis, item in bonis pro homagio, alterutrius parentis obligatis. Item in bonis pro quarta puellari, absq; legitimorum successorum præjudicio perpetuò obligatis: item in quibus fœminæ sine fratrum præjudicio in successores legitimos præficiuntur. part. 1, tit. 17.

Filiæ non succedunt in bonis servitiis acquisitis, quæ exercitius militaribus acquirũtur, & filiæ militare non possunt. part. 1, tit. 18.

Filiæ succedunt in bonis emptitiis, quia pecuniæ inter res mobiles computantur, & in mobilibus filiæ æquali jure succedunt cum filiis. part 1, tit. 19.

Filiæ recuperant successionem in bonis utrumq; sexum concernentibus, per gratiam patri, earum nota condemnato factam. part. 1, tit. 20.

Filiæ non succedunt in bonis, quæ pater earum

rum emit à fratre, cui in eisdem bonis jure sangvinis succesit deficienti. part. 1, tit. 21.

Filiæ licet supersint, nihilominus rectè dicitur semen defeciſſe, in bonis non utrumq; sexum concernentibus. part. 1, tit. 22.

Filiæ, absq; masculis hæredib⁹ decedentium, si remanserint in bonis paternis, de quib⁹ dubitatur an pertineant ad jus fœmineum vel non: expelli de eis non possunt, ante decisionem ejus dubij. Vide supra de defectu seminis. part. 1, tit. 29.

Filiæ in capillis a patre defuncto remanente, deputatur cum domo paterna, quarta pars bonorum, usq; ad tempus emaritationis; quæ ubi fuerit emaritata, si impossessionato, & hoc fratrum consensu, relinquitur ei jure perpetuo quarta pars jurium possessionariorum. part. 1, tit. 29. *Sig: maj. art. 19. Matth: maj. art. 26.*

Filiæ possunt à fratre majore, transumptum literarum jus fœmineum concernẽtium, coram judice petere. part. 1, tit. 42.

Filiæ duorum fratrum divisorum seorsum in mares præfectæ, non succedunt invicem. part. 1, tit. 50.

Filiam capillis, sine prole masculâ defunctæ, nutritur, et elocatur a fratre in bonis succedente. part. 1, tit. 67.

Filiabus solvitur quartalitium pecuniis æstimatis, scilicet, bonis prius communi æstimatione, & quo quælibet earum potest, separatim suam partem petere. part. 1, tit. 89

Filia una si recipit quartalitium, potest adhuc alia jura contendere, ac experiri, an bona illa sequantur jus fœmineum. part. 1, tit. 90.

Filiæ minorum fratrum tutrices esse non possunt, & in capillis constitutæ fassiones sibi ipsis, vel fratribus, aut successoribus præjudicantes, facere non possunt. part. 1, tit. 91.

Filiabus, quæ acceperunt partem in bonis paternis, cedunt accepta pro earum emaritatione. part. 1, tit. 101.

Finitimorum locorum gratuita munitio per colonos fiat diebus sex. Pos. 66, art. 14.

Duodecim diebus. Poson. 67, art. 17. Pos. 69, art, 19. Pos. 74, art. 5.

Fiscales Ecclesiarum perpetuò aboleantur. Vlad: ad min. art. 34.

Florenus in Hungaria dicitur unus aureus, vel den: 100. quo utantur omnes in emptionibus, & venditionibus, sub amissione rerum venditarum, vel emptarum. Sig: min. art. 7.

Fluvius alio deflectens à priori alveo, nihilominus proventus piscationis, vectigalia, vada, molendina reddit ei, in cujus territorio prius fluebat. part. 1. tit. 87.

Fodinæ auri, argenti, salium, si in bonis aliquorum inventæ fuerint; Rex ea bona non simpliciter, sed pro æquivalentibus sibi usurpare potest. Vlad: maj. art. 13.

Forma hebdomadalia, ac nundinæ generales possunt concedi in loco ad unum miliare, vel minus distante a veteribus; sed non in eodem die, aut tempore cum prioribus. part. 2, tit. 10.

Fratrũ occisores, vulneratores, mutilatores, nota infidelitatis feriuntur. par: 1, t. 14.

Frater major, non soror servat literalia instrumenta, eidem incumbit bonorum indivisorum defensio. part. 1, tit. 42.

Fratres indivisi, vel aliqui eorum, quæ acquirunt ante divisionem paternorum bonorum, tempore divisionis partiuntur inter se. part: 1, tit. 43.

Frater in totum renuncians bonis paternis, potest, qui acquisivit, pro se retinere, nec dividere cum fratribus. Ibidem.

Fratres divisi in bonis post divisionem alterutri vel singulis donatis non succedunt mutuò, nisi in literis donationalibus utriusq; nomen fuerit insertum. part. 1, tit. 50.

Frater in præjudicium fratrum avita bona alienare non potest. part. 1, tit. 58.

Frater indivisus suam portionem à fratre venditam in primis octavis, absq; omni solutione, recuperat; portionem verò venditoris fratris communi æstimatione. part. 1, tit. 61.

Fratribus indivisis non omnibus, sed majori imponitur juramentum in facto literarum. part. 2, tit. 34.

Fratre, qui ob majoris potentiæ factum evocatus fuerat, ante finem litis mortuo, successor ejus non damnatur in alio onere, quàm æstimatione bonorum defuncti, violenter per eum occupatorum restitutione, ac damnorum refusione. par. 2, t. 61.

Fraterni sanguinis proditio est, si impetrat, quibus bona communia cum fratrib⁹ pro se solo, & pœna ejusdem crìminis est, ut talis impetrator convictus, perdat bona, quæ ad proditum devolvuntur & insuper tradatur eidem prodito, in personâ quoq; servituras, & ad mortem; Eadem pœna afficitur mulier in præjudicium aliarum, si in marem præfici curans, & qui aliquem suæ generationis hominem negat esse de sua genealogia. part. 1. tit. 38, 39.

Fraterni sangvinis proditio non committitur in novorum bonorum acquisitione, sed in exhæreditationis dolo. part. 1, tit. 44.

Pro funeribus interfecti marcam non exigant Archidiaconi. Lud: 1. art. 2.

Imò nihil exigant. Alb: art. 39.

Furiosi & amentes filij nunquam emancipantur, & à patre mortuo, inter fratres mentis compotes, majoris subsunt potestati. part. 1, tit. 55.

Furiosorum tutores, in casu necessario possunt eorum onus assumere, ac de bonis disponere, non tamen alienare. part. 1. tit. 124.

Fures debet capere Comes in bonis quorumcunq;. Vlad: maj. art. 82.

Fures & latrones capiantur, ab his, in quorum bonis sunt, & præsententur Comiti, Vlad: ad maj. art. 19. Vide infra malefactores.

Furum, qui capitali pœna afficiuntur, bona in legitimos successores de manu judicis, & partis adversæ, communi æstimatione redimuntur. part. 1, tit. 15.

Furtivam rem in exercitu, vel extra repertam, quomodo quis recuperare debeat. Vide supra, equus.

Furtivam rem scienter emens, punitur ut fur. S. Ladisl: lib. 2, cap. 7.

Furtum committentes suspendantur. S. Steph: lib. 2, cap: 40, 41. S. Ladisl. lib. 2, cap: 12.

G.

Genealogia in probatione, & juramentali depositione deficiens, cadit à bonis, propter quæ agebatur. part. 2, tit. 36.

Genealogia potest probari omnibus literis legitimè emanatis, & ad quorumcunq; expositionem, seu fassionem, confectis, etiam procuratorib⁹ ante memoriam hominum datis. Ita fuit judicatum in facto divisionis bonorum Lucæ Balogh contra Christophorum Zavvary, in facto arcis Kövesd, pro familia Soos, contra hæredes Casparis Seredy. Item anno 1574. 14. Decemb: in causa Balthasaris Pogan. cõtra uxorem Andreæ Pernesz.ij.

Gratia non indiget capitali sententia gravatus, si concordavit cum adversario. part. 1, tit. 16.

Gratia data capitali sententia damnato, durat anno uno, infra cujus revolutionem si non concordat cum adversariis, reincidit in sententiam. part. 2, tit. 57.

Gratia novi judicij, vide infra novum judicium.

Gratuiti labores, vide finitimorum locorum supra F.

Gratuitos labores Capitanei ad proprios usus non convertant. Pos. 75, art. 9.

Gratuitorum laborum singularis distributio ex voluntate Majest: Cæs. Nitriæ, Komiathy, Suran, duo comitatus Trenchin: & Nittra, bona autem Episcopatus Nittriensis, relinquuntur ad arcis fortificationem. Pos. 78, art. 27.

Qui operas relictas ad munitionem arcis suæ, non curat præstari; is precium earum tenetur per solvere ad alia confinia impendendum. eodem art: 29.

Coloni autem tempore messis, & vindemiæ non compellantur ad labores, eod: art: 33.

Gratuitos labores Capitanei in proprios usus non convertant, aut si 12. dies transgredientur in transgressores Majestas sua animadvertat. Pos. 78, art. 34.

Grossorum alter 4. den: alter duplum valet. Pos. 57, art. 14.

Comitatus remotiores habent liberum præstare labores, vel pecuniam, & qui labores præstare volent, non cogantur ad solutionem. Pos. 78, art. 35.

H.

Haydones arma ne portent, contra facientes primò castrentur, secundò capite plectantur, Vlad: 7, art. 60.

Haydones bonæ famæ & conditionis, honestè teneantur. Vlad: 7. art. 61.

Infinitimis tantum arcibus, certoq; numero, & stipendio conducti ad continendos præsertim rusticos, Turcis subditos inobedientes; si tamen emissi miseram plebem molestaverint statim à Capitaneis puniantur. Pos. 63, art. 23.

Haydonum equitum excursiones, & depradationes non debere fieri secundum art: anni 1563. Pos. 75, art. 13.

Leon: ab Harach cum filio fit Ungarus. Pos. 63, art. 77.

Hæredes propriè, & impropriè dicti. vide filij.

Hæres qualiter condemnetur, pro delicto majori evocati. Vide filij.

Hæresum extirpandorum, ac restituendæ, ac conservandæ antiquæ religionis, fideiq; & doctrinæ catholicæ ecclesiæ is modus observari debet. Episcopi constituantur docti, qui doceant verbis & exemplo, vicarios, aliosq; ministros sibi subditos faciant exercere suum officium, emittant

Archidiaconos, & alios concionatores ad docendam plebem, & constituendos tales Parochos, qui doceant, & ministrẽt, juxta ritum veteris ecclesiæ. Item, scholas instituant, in quibus futuri concionatores erudientur ad sacerdotium, ad beneficia ecclesiastica non promoveantur, nisi vitæ & doctrinæ probatæ. Episcopi resideant, & quæ residere ob publica reipub: munera non possunt, teneant vicarios sufficientes. Pos. 48, art. 5. Pos. 52, art. 8. Pos. 54, art. 8. Pos. 6, art. 31.

Hæreticos in arcibus finitimis tenentes, Capitanei regij amissione officiorum puniantur. Pos. 61. art. 32.

Hæretici publici notæ infidelitatis subsunt. part: 1, tit. 14. Vlad: ad maj. art. 4.

Homagiorum diversitas pro dignitatis diversitate Prælatorum & Baronum centum Nobilium 50. marcæ. part. 1 tit. 2.

Homagium ejus solvet, qui puerum illegitimæ ætatis, aut mortuum evocat. part: 2, tit. 23.

Homagium dupliciter accipitur: Primò pro fidelitate soli Principi servanda: Secundò pro capitis damnati redemptione. part. 3, tit. 5.

Homicidium de accusatis, cui incumbat. Comiti, vel Vice-comiti, qui ad primam sedem, si habet promulgatam, sin minus ad eam, quam statim ob hanc causam promulgare debet, citari faciat homicidam, cogatq; usq; ad finem litis, personaliter comparere, & convictũ sine spe gratiæ Regiæ, puniat; si non intercesserit ei concordia cum actore. Procedatur autem in tali causa, absq; omni longiori processu, cessu, & prorogationibus solitis. Pos. 63. art. 38.

Homicidam non comparentem personaliter, proscribat comitatus tanquam convictum, & proscriptum, fugientemq; recipiens, nec ad requisitionem Comitis vel Vice comitis in manus tradens; puniatur eadem pœna, quam homicida deberet subire, per Comitem, vel Vice-comitem, vel Capitaneum requisitum cum literis proscriptionalibus. Pos. 63, art. 38, 39.

Homicidæ rustici, seu ignobilis servitoris, judex suus dominus, qui si eum dimiserit, solvat ejus homagium, & nihilominꝰ homicida ubicunq; repertus fuerit, puniatur. Pos. 63, art. 40.

Homicida appellationis, & novi judicij (sine tamen gratia) remediis ita uti potest, ut interim maneat in vinculis, dum hujusmodi causa finita fuerit. Pos. 63, a. 41

Homicidarum ad finitimas arces confugiẽtium, ex parte Capitanei eorundem locorum judicium, & justitiam administrẽt. Poson. 62, art. 41.

Homicidia deliberata qui patrarunt, Rex eis gratiam non faciat. Pos. 63. art. 63.

Homicida allegans defensam; debet probare quod sit impetitus. part. 2, tit. 21.

Homicidas, incendiarios, in adulterio deprehensos, quemlibet etiam non privilegiatus, punit. part. 3, tit. 32.

Homo regius exequutionem faciat in eo saltem comitatu, in quo habet bona. part: 2, tit. 22. Lud: 1. art. 2. Matt: maj. art. 10, 12.

Homo regius, & procurator in eadem causa esse non potest, sub pœna homagij. part. 2. tit. 22.

Homo regius exeqvutionem ſubire nolens, in birſagio trium marcarum per Comitem oneratur. *Sig: maj. art. 8.*

Homo regius de exeqvutione rediens juret in capitulo. *Sig: maj. art. 8.*

Hominem regium in exeqvutione turbans, notam incurrit. *part. 1, tit. 14. Vlad: in 5, art. 5.*

Hoſpites: Vide ſupra externi.

Hungarorum conſilio utatur Rex, in negotiis Hungaricis, & in judiciis, ſeu pace cum Turca componenda. *Poſ. 46, art. 4. Sop: 53. art: 3. Poſ. 69, art. 38.*

J.

Iaurienſis Epiſcopatus bona, & decimæ in ſcripta redimantur. *Poſ. 48, art. 6.*

Ignobiles recipiuntur in teſtes, ratione occupationis bonorum. *Poſ. 42. art. 5.*

Imagines in Eccleſiis deſtruentes, comperta rei veritate, Rex juridicè puniat. *Poſ. 53. art. 7.*

Imperator bonorum per defectum ſeminis, ſi habet jus regium in donatione, poterit illud proſequi, licet ſuccubuit in cauſa, quantum ad defectum ſeminis; verùm ſi denuò ratione juris Regij ſuccubuerit; cõvincitur in bonorum æſtimatione. *part. 1, tit. 25.*

Impetrari per defectum ſeminis non poſſunt bona, pro quibus lis mota quidem fuit, per mortuum, ſed non ea obtinuerat. *part. 1, tit. 27.*

Impetitores legitimi ſunt cauſantes, non violenti occupatores. *part. 1, tit. 75.*

Impignorata bona, nolens remittere recepta ſua pecunia; perdit pecuniam, & bona gratis remittere cogitur. *Matt: maj. art. 15. Vlad: maj. art. 65.*

In cauſam attracti varias conditiones circa juramenta, vel alios legitimos proceſſus, vide in vocibus actor, reus.

Incendiarij publici notam infidelitatis incurrunt. *part. 1, tit. 14.*

Indebitæ actionis pœna flor: 100. Tyr. 47, art. 23.

Infidelis Regiæ Majeſtatis ad caſtra, vel fortalitia quorumpiam non acceptentur, ſub eadem pœna, quam ipſi infideles mererentur. *Sig: maj. art. ult. min. art. 9. Matt: maj. art. 47. Vlad: maj. art. 83.*

Infidelibus arma, vel victualia vendens. Vide ſupra arma.

Ingerere ſe poteſt in cauſam quilibet cognoſcens jura poſſeſſionaria, pro quibus agitur ad ſe quoq; vel pignoris, vel perpetuitatis titulo pertinere; cum refuſione expenſarum, ab actore factorum ad ſuam partem cedentium; antè ſententiam tamen definitivam. *part. 2, tit. 84.*

Contra ingerentem reus non tenetur ſtatim literas producere qualescunq; ſeorſim ab actore Principali; ſed ad hoc datur ei per judicem unus terminus. *Ibidem.*

Ingerens ſtatim debet probare genealogiam, ſi negetur, alioquin cauſa cadit. Ibidem.

Ingerere ſe non poteſt agens de proprietate in cauſam, ratione impignorationis motam. Ibidem.

Ingerens non poteſt ultra procedere, ſi actor principalis concordavit, vel corruit antè ſententiam, vel commiſsionem productionis literalis contra ingerentes poſt verò procedit. *part. 2, tit. 85.*

Ingerens se in causam cum jure regio, procedit prout juris est, & si simul actor, & reus succumbent, jus regium statim locum habebit. part. 1. tit. 31.

Inhibitio per novum judicium facta, non suffragatur his, qui in Octavis comparuisse visi sunt. Vlad: in art. 1507. editis.

Imò non datur comparentibus in alia aliqua causa. Pos. 50, art. 55.

Inhibitione, contradictione, & repulsione non obstante, fit restitutio bonorum, post Ludovici mortem occupatorum, juxta articulos. Zol: 42, art. 16. *vide supra bona.*

Inhibitio communis inquisitionis & juramentalis depositionis, antè octavum diem termini ad hoc præfixi debet fieri. Pos. 50, art. 54. *etiam in comitatibus.* Pos. 69, art. 53.

Inhibitionem malè impetrans, in emenda linguæ convincitur. Pos. 50, art. 55.

Inhibitio à convicto per non venientiam semper, dum voluerit, vel poterit, fieri permittitur. par. 2, tit. 72. Vlad: ad maj. art. 49.

Inquilini pro suis facultatibus serviant dominis terrestribus. Poson. 48, art. 38.

Inquisitiones simplices per quæcunq; capitula, & conventus possunt fieri. par. 2, t. 21

Inquisitio communis Vide communis.

Inscripta, & impignorata Hungaris Moravia, Silesia, &c. Vlad: maj. art. 4. min: 23, 24, quinto 20, 21.

Insinuationes in literis evocatoriis, loco trino forensis proclamationis sunt institutæ. Vlad: ad maj: art. 7.

Indictum ratione Decimarũ non solutarum Nobilibus non imponatur. Matt: in art. 2. dec: 5.

Nec in Parochos propter delicta plebanorũ. Vlad: min. art. 69.

Interpretes Hungaros duos Rex tenebit in aula. Pos 69, art. 38.

Joannis Regis bona possident qui eorum dominium apprehendit, penes donationem utriuslibet Regis. Pos. 52. art. 23.

Joannis Regis bonorum occasione motæ lites sileant.

Jobagiones, vide infra rustici.

Judex & judicium quid sit. Prol. tit. 13.

Judicium ut sit actus justitiæ, quæ requirit. Prol: tit. 14.

Judices Nobilium ex præcipuis Nobilibus comitatus eligantur, communi consensu, ejusdem comitatus. Sig: maj. art. 2.

Et electi cogantur suscipere officium sub pœna 25. marcarum: ita tamen, quod secundò eligi non possunt inviti, ante annum quintum. Sig: maj. art. 2.

Judices in sua exeqvutione impedientes, notam incurrit verberandi. Matt: maj. art: 67.

Judices jurati esse debent, & forma juramenti eorum. Sig: maj. art. 1. Vlad: maj. art. 33. min: art. 4. in quinto art: 2. Zol: art. 45.

Judices ordinarios verberantes notam incurrunt. Matt: in art. 19. Vlad: ad maj. art. 4.

Judices Ecclesiastici, & seculares, si de aliqua causa non concordant, utris ipsorum ejus competat judicium, Regi ubicunq; is fuerit cum suis Consiliariis, discutienda reservatur hæc controversia. Sig: anni 1405. art. 14.

Judices injustè diffamantes, pœnam talionis sube-

subeunt. *Matt: maj. in art. 54. Vlad: maj. art. 70.*

Judex curiæ judicat de jure regio, & defectu seminis. *part. 1, tit. 30.*

Judiciariam domum præter judices, nemo intret, non vocatus, aut armatus. Matt: maj. art. 68. Vlad: maj ar. 42.

Judicare in hospitiis, aut privatis locis prohibentur Judices. Matt: maj. art: 23. Vlad: maj. art. 69.

Judiciorum termini, vide infra Octavæ.

Judiciorum nostrorum ritus originem, ex Canonici, Cæsareiq; juris fontibus habet; tribus nititur fundamentis, constitutionibus publicis, Principum privilegiis, Judicum sentẽtiis iteratis vicibus eodem modo latis, *part. 2, tit. 6.*

Judex in negotio dicæ falsò jurans puniatur per dominum terrestrem. Pos. 42, art. 8.

Judex & Procurator in eadem causa, sub pœna homagij, nemo esse potest. *part. 2, tit. 22.*

Judex Nobilium nullam possessionem celare sed ad omnes debet ducere Dicatorem. Poson. 46, art. 9.

Judæorum juramentum. *part. 3, tit. 36.*

Judicia Joannis Regis in suo vigore relinquantur fratris Georgij, servatis jurium processibus facta, per novum judicium suscitentur, non obstante eo, si coràm eodem fratre Georgio habuit pars novum judicium. *Pos. 52, art. 23.*

In nota infidelitatis non tertiusmet jurat purgando se Reus, sed vigesimus quintusmet, ita judicatum in sede, & jam receptum. Ex decreto Andræ Zazij Pers. Præs. Locumt. *part. 2, tit. 32.*

Juramenta post communem inquisitionem ab actore vel reò, vario modo sunt deponenda, juxta varietatem inquisitionis, vel actionis prahabitæ. Jurabit actor ad caput rei quinquagesimo se, quando ipse in inquisitione intentum suum plenè probavit, reo deficiente in probatione, vel parum probante; si utraq; pars sufficienter probavit, reo juramentum purgationis decernitur, quando trinæ literæ inquisitoriæ sunt productæ quinquagesimo, quãdo binæ vigesimo quinto, si unæ duodecimæ se nobilibus, si rei probatio firmior est, post ternas vigesimo quinto, post binas duodecimo, post unas inquisitorias, sexto se idem reus purgabitur, si altera pars nihil penitus probavit, vel inquisitionem non celebravit, statim succubuit. Quod si actor trinas inquisitorias produxerit, & reus simpliciter negaverit; quinquagesimo se nobilibus jurabit, & insuper in facto occupationis bonorum occupata recuperabit. Si reus negans communi inquisitione se purgare voluerit, & actor inquisitionem non acceptaverit; reus contra ternas vigesimo quinto, contra binas duodecimo, contra senas sexto se purgabit. In minoribus causis, ubi actor nullas inquisitorias producit, reus tertiò se jurat; in facto debiti nullo probabili documento per actorem producto, solus reus jurat; debitum probatum, cujus quantitas non constat, juramentis recuperatur. *part. 2, tit. 32.*

Juramentum actoris ad caput, juxta regni consuetudinem in prima instantia se submittens reus, si illud actor non acceptaverit,

verit, tertiò se jurabit reus.
part. 2, tit. 32.

Juramentum solius actoris se submittens, reus actore illud non acceptante, absolvitur. Ibidem. Et ab eo non datur appellatio. part. 3, tit. 35.

Juramento unius nobilis quatuor rustici unus florenus recuperatur, ex debito mutuo, aut amissa pecunia. part. 2, tit. 32.

Juramentum nobilis ejusdem est efficatiæ, ac valet tàm penes nobilem, quam penes rusticum. part. 2, tit. 33.

Juramentum rustici penes Nobilem, contra Nobilem non admittitur, penes Nobilem contra ignobilem recipitur; penes ignobilem quoq; contra nobilem ratione debitorum vel aliorum similium negotiorum valet. Ibidem.

Juramenta duo, unum in Hungaria, alterum in alio regno, in eodem termino, cui adjudicata unum deponat, & mox à judice alterius juramenti personaliter alium terminum impetret; mediantibus literis, in quo hoc etiam deponat, admonita prius adversa parte. Vlad: ad min. a. 18.

Juramentum assessorum, & omnium judicum. Sig: anno 435. art. 1.

Juramenta ratione literarum occultatarũ, aut apud manus alienas existentium sic imponentur, si unicas, vel binas inquisitorias actor produxerit, reus quinquagesimo, si nullas, sed simpliciter, affirmaverit literas esse apud reum, vigesimo quinto se Nobilibus expurgabitur; alioquin declarabitur evictor actoris contra omnes impetitores. part. 2, tit. 34.

Juramentum decedente causante, tempore medio condescendit in filiam, vel fratrem successorem scilicet legitimum.
part. 2, tit. 37.

Jurare in eadem causa unus conjurator penes plures non potest. part. 2. tit. 38.

Juramenta Prælati, Abbatis, Præpositi infulati, Baronis pro decem nobilibus acceptantur, & jurant prædicti ecclesiastici in ecclesia sua ad conscientiæ puritatem.
part. 2, tit. 40.

Juramentum ante ætatem legitimam pupillo decretum, prorogatur ad legitimam.
part. 1, tit 130.

Juramenta, rusticus, contra nobiles, vel ignobiles quando, quomodo, imponantur, infra rusticus.

Juramento domini absolvitur rusticus litis consors. Ibidem.

Jurans falsè bona non concernere jus fœmineum, pœna perjurij & proditioni fraterni sangvinis est obnoxius.
part: 1, tit. 38.

Juris regij nomine impetrans bona alterius fide bona possidentis, condemnatur in perennali talium bonorum æstimatione.
part. 1, tit. 25.

Jurium regni tripartita divisio. part. 1, t. 1.

Jurisdictio quid? Prol: tit. 14.

Jus patronatus in aliquo beneficio ecclesiastico se habere prætendens, illud producũt coram Rege. Sop: 53. art. 9.
Poson: 69. art. 23.

Jus regium in juribus possessionariis malæ fidei possessorum, centum annis proscribitur. part. 1, tit. 23.

Jus regium est jurisdictio sacræ Coronæ in bonis per malæ fidei possessorem usurpatis latens. part. 1, tit. 24.

Jura possessionaria externus ante filios vel condivisionales non emit. part. 1. tit. 60.

Jus possessionarium significat castra, castella, civitates, villas, terras, sylvas, prædia, & similia. Ibidem.

Jus patronatus ecclesiarum penes Regem. part. 1, tit. 11.

Jus fœmineum, vide supra fœmina.

Jus civile duplex, jus publicum, solus Imperator condit, privatum regio, vel provincia, vel civitas jus mancipale. Prol: tit. 8.

Justitia quid sit, & quotuplex. Prolog: tit. 1.

Interceptores castrorũ nota infidelitatis puniuntur. part. 1, tit. 14.

Interceptores judicum ordinariorum, aut eorum vices gerentes notam infidelitatis subeunt. Ibidem.

Judæi, & Anabaptistæ duplum, quàm alij, contribuant. Pos. 78, art. 7, sub finem.

K.

Kapornak, & Zala-uyvár cessantibus, Capitulum Castriferrei, vel Posoniense eorum vices, in executione ferat. Pos. 75, art. 17.

L.

Lapidea, aut sumptuosa domus paterna æstimabitur, & minor filius alios contentabit, pro eorum portionibus, solutione pecuniaria. part. 1, tit. 41.

Larvatæ personæ in literis, qui se eos mentiuntur, qui non sunt, & sic aliorum nomine fatentur aliquid, & pœna ad earum fassiones scienter literas conficientes, eadem, quæ falsariorum fuerit nota infidelitatis. part. 2, tit. 16, 17.

Lascanus Martinus fit Ung: Pos. 43, ar. 50

Latronum convictorum, & capitis affectorum bona ad posteritates devoluuntur. part. 1, tit. 15.

De latronib: vide plura infra malefactores.

Leges humanæ valent, si non discrepent à divinis, secus non. prol: tit. 6.

Leges ad commodum reipub: debent fieri. Ibidem.

Leges ambiguas is, qui condit interpretatur. Ibidem.

Leges non judicantur, sed secundum eas debet judicari. Ibidem.

Lex subsequens, consvetudo præcedens, & contra, vide consvetudo.

Leges novæ servantur in judiciis. part. 2, tit. 2.

Leges à populo constitutæ Regis confirmatione accedente valent. part. 2, tit. 3.

Legibus regni subsunt Rex, & omnes tàm indigenæ, quàm externi, qui versantur in regno. part. 2, tit. 5.

Leges nostræ unde habent originem, vide, judiciorum, &c.

Legitimus impetitor quis, vide impetitor.

Legitima proles nascitur ex matrimonio inter consangvineos ignoranter contracto, scienter non. part: 1, tit. 108.

Libertas omnium regnicolarum observetur. Pos. 48, art. 52. Pos. 52, art. 30. Pos. 54, art. 10. Poson. 56, art. 47.

Libertas ecclesiarum, & ecclesiasticorum, vide in dictione ecclesiastici.

Libertas eorum, qui solius Regis judicatui servantur (demptis perpetuis Comitibus) abolita. Matth: maj. art. 24. Vlad: maj. art. 15.

Libertini dicam ſolvant. Zol: art. 24.
Exemptis tamen illis, qui penes dominos ſuos exercituare ſolent. Poſ. 67, art. 14.
Liberi dicuntur filij, filiæ, nepotes. part. 1, tit. 17.
Libri erronei non imprimantur. Poſon: 53, art. 26.
Linguæ emenda, vide ſupra emenda.
Lis mota, & non proſequuta, præſcribitur triginta duorum annorum ſpacio; ſed denuò moveri poteſt. part. 1, tit. 78.
Lites nec emi poſſe nec vendi, vide ſupra emere.
Litigantium ad judicia proficiſcentium occiſores notam incurrunt. part. 1. tit. 14.
Literarum redemptio in Capitulis ſic debet fieri. Pro qualibet evocatoria, prima, ſecunda, tertia, (pro quibus unica nunc habetur precium trium poſtulãs) den: 24 proclamatoria den: 100. procuratoria den: 24 proteſtatoriæ & aliæ ſimiles patentes den: 24. clauſulæ, 12, inquiſitoriæ den: 24, pro requiſitis literis cuſtodi denar: 100. Capitulo ſi patentes & breves ſunt den: 24, ſi prolixæ & privilegiales den: 100. pro tranſumptis brevibus denar: 24, prolixis aut privilegialibus denar: 100, pro ſtatutoriis cum contradictione den: 24, privilegialibus verò pro quatuor ſeſsionibus, & infra den: 100, ſupra quatuor uſq; 10, pro qualibet ſeſſione den 34, ultra decem uſq; 20, denar: 24. Supra 20, uſq; ad centum denar. 12, ultra centum pro qualibet ſeſsione den: 8. De metalibus cum contradictione den: 24. Pro metalibus ex ſententia judicum, vel concordia partium denar: 400. Si ob partium in demonſtrationibus, metarum diſcordiam cauſa ad curiam duceretur, denar. 200, pro communi inquiſitione den. 100. Pro reviſione poſſeſsionariæ occupationis den. 100, in occupatione bonorum per capitalem ſententiam condemnati capitulum habebit decimam partem occupatorum, & pro literis den. 100, pro æſtimationes poſſeſsionariis den. 100, in diviſionibus poſſeſsionarijs de ſingulis poſſeſsionib⁹ divitis denar. 100. Pro expeditoria juramentali ſimplici den. 24, continente nomina juratorum den. 100. De pecunia coram capitulo depoſita, quæ propter diſcordiam partium ibi depoſita, & conſervata eſt, decimam & nonam teſtimoniis capitularibus expenſæ in diem den. 12. Sig. maj. art. 15. Alb: art. 29. Matt: maj. art. 76, 77. Vlad: maj. art. 95. And: maj. art. 26.
Literarum redemptio in minori Cancellaria. Pro literis prorogatoriis communibus, judicialibus q̃ den. 12.
Pro ſecunda evocatoria, & juramẽtali tertiò vel ſexto ſe den. 24. Vigeſimo quinto vel quinquageſimo ſe, & communi inquiſitione den. 100. De juramentali ſuper caput den: 200. De prima inſtrumentali exhibitione. Item ſecunda & tertia cum gravamine aſſumpta den: 24. De purgatoria reſpondente cum tribus Marcis, & prorogatoria patente den: 24. De aliis literis generalibus, vt prohibitoriis, & ſimlibus den: 24. De prohibitoriis facie ad faciem den: 100.
De ſententionalibus conſervatori ſigilli floren: 10. Scriptori den: 200. De

De ſtatutoriis, & reambulatoriis ſimplicib⁹ den: 24.

De adjudicatoriis obtentionis poſſeſſionum ſeu aliarum rerum, juxta quantitatem poſſeſſionis reambulatæ & obtentæ, ſolvatur. Sig: maj. art. 11. *Matt: maj. art.* 76 77. *Vlad: maj. art.* 98.

Ex Cancellaria majori juxta antiquam conſvetudinem, à donationibus autem juxta valorum rerum donatarum ſolvatur. *Sig: maj. art.* 12. *Vlad: maj. art.* 99. *Lud:* 1. *art.* 7.

Literarum redemptio fiat tàm in capitulis, quàm Cancellariis, juxta veterem cõſvetudinem. *Poſ.* 48, *art.* 67.

Literæ in negotiis Hungaricis, ex Cancellaria Hungarica expediantur, & ſerventur ubiq; in regno tàm ab Hũgaris quàm externis Officialibus. *Poſ.* 46, *art.* 15. *Poſ.* 56, *art.* 30. *Poſ.* 54, *art.* 10. *Poſon.* 67, *art.* 47.

Literas expeditorias ſe habere in prima inſtantia allegans, proximè ſequentem Octavam ad producẽdum habebit ſi hoc allegaverit tempore finalis cõcluſionis cauſæ, ſtatim exhibere tenetur, nec alius ei ad hoc terminus dabitur. *Vlad: maj. art.* 92.

Literæ ſententionales in curia regia non extra dentur, niſi prius in ſede, coram cæteris Prothonotariis, perlectæ fuerint. *Vlad ad min. art.* 11.

Et quæ propter ejus temporis diſturbia exequi non potuiſſent, maneant in ſuo vigore. *Zol:* 42, *art.* 23.

Literæ ſuper impignoratione caſtrorum ab hoſtibus captorum, eiſdem poſtea à Rege coactè facta, caſſantur. *Vlad: ad min. art.* 17.

Literarum falſarum cognitio quomodo ſit. *Vide falſæ.*

Literarum fidei publicæ, ſeu ſalvi conductus violatores, notam infidelitatis incurrunt. *part.* 1, *tit.* 14.

Literas cõtra ingerentem cum jure regio non ſtatim tenetur producere principalis, ſed in termino ad hoc aſſignando. *part:* 1, *tit.* 31.

Literarum tranſumpta in foro contentioſo facta, valent, alia non. *part:* 2, *tit.* 15.

Literæ Capitulorum, vel Conventuum, cum clauſula (de cujus, vel quorum notitia) caſſatæ ſunt. *part.* 2, *tit.* 16.

Literæ ad faſsionem larvalium perſonarum confictæ, non valent. *part.* 2. *tit.* 16.

Literas falſas conficiens judex ordinarius, Capituli ſentẽtia feritur, ac ſigilli, & honoris, perpetuaq; bonorũ amiſsione mulctatur. *part.* 2. *tit.* 16.

Literas falſas conficiens Capitulum, perdit ſigillum, ſigillationi earum intereſſentib⁹ in faciebus, & frontibus cum ſigillo ſtigma inuritur, beneficia auferuntur. *part:* 2, *tit.* 16.

Literarum error quomodo emendetur. *Vide ſupra, Error.*

Literarum, vel literalium inſtrumentorum amiſsio non nocet juribus illius, qui per teſtes probat contenta earundem literarum, modo ſint teſtes, quibus conſtat manifeſta veritas. *Tyr:* 45, *art.* 38.

Literarum occultatarum, vel apud alienas manus exiſtentium ratione, qualiter ju-

ramenta decernantur, aut imponantur. Vide supra, juramentum.

Literæ statutoriæ cum clausula (cum nos:) efficaces sunt ad exequendum, infra annum cum clausula (dicitur nobis,) infra sexaginta dies. part: 1. tit. 33.

Literæ statutoriæ, cum (dicitur nobis,) per se, sine donatione in judicio, efficaces non sunt, cum clausula (cum nos,) valent. part. 1, tit. 34.

Literæ, quæ habent expressè positum terminum octavalem, ad quem evocatio fieri debet; exequi poterunt octavo die, ante festum, in cujus octava celebrabuntur illa judicia. part. 1, tit. 33.

Literæ evocatoriæ pro actibus potentiarum sexaginta dies habent ad exequendum. Ibidem.

Literæ consensus regij, continẽtes tenore verborum fassionis illius, cui præbetur, consensus valent sine literis fassionalib⁹, aliter non. part. 1, tit. 35.

Literas originales super juribus possessionariis in fratrum, vel fœminarum præjudicium occultantes, proditoris fraterni sanguinis pœna subjaceant. part. 1, tit. 38.

Literarum, tangentium factum bonorum, etiam jus fœmineum concernentium, par debet dari filiæ petenti. part. 1. tit. 42.

Literæ pignoratitiæ, quæ excedũt annos præscriptionis, non valent ad bonorum pignoris titulo possessionem acquirendam; nisi probet acquirens, se fuisse ex eorum bonorum possessione expulsum. part: 1, tit 82.

Literæ donationales Matthiæ Regis ante annum 64 emanatæ, & omnes Ladislai immediatè ipsius antecessoris, per eundem Matthiam, à die S. Georgij ejusdem anni infra revolutionem annuam non cõfirmatæ, non valent. Matt. maj. 2. ar. 23.

Literæ revisionales ad hoc valent, quod earum vigore tutor causas pupilli agit, & defendit. Concordat etiam sine damno pupilli, præterea fassiones in ætate pupillari inconsideratè à se factas, ante temp⁹ perfectæ ætatis, ipse pupillus revocat. part: 1, tit. 126, 127, 128.

Literæ juridicæ expediantur per Cancellarium, absq; speciali mandato, & sine consilio suæ Majestatis. Poson. 42. art. 42.

Literalia instrmenta apud se habens, vel occultans, si evocatur, talis evocatio in uno termino finitur. part. 2, tit. 18.

Literalium instrumentorum ratione imposita in juramentali depositione deficiente reo actor habebit bona; ad quæ literalia instrumenta pertinebant. part. 2, tit. 34.

Literalia instrumenta frater major conservat. part. 1, tit. 42.

Loca permutationum, ac depositionum antiqua serventur. Vlad: maj. art. 103.

Locumtenens habeat authoritatem ab antiquo haberi solitam, sed non conferat ultra 32 colonos, nec se intromittat in collatione bonorum ad arces pertinentium. Pos. 67, art. 27.

Locumtenentiæ judicia durent dies 40. Pos. 63, art. 25.

Locumtenens debet esse juratus de fideliter administrando officio suo. Pos. 63, art. 75

Locumtenentis Prothonotari⁹ in octavis, etiam jura possessionaria judicat. Pos 74.

Locumtenens regius in judiciis locumtenentis judicat causas infra scriptas, transmissio-

missionum quinq; casuum novarum violentiarum, occupationis bonorum, noviter factæ in art: anni 1545, usq; ad 55. annum Teloniorum, & tributorum indebitæ exactionis, tutelares, dotum, Paraphernorum, jurium pignoratitiorum, 1555, anni ad usq; 59, occupationis, & interceptionis castrorum 1563, art: 25 defectus seminis, 1576, art. 19.

Locumtenens in appellationibus alios substituere potest. Poson. 57, art. 4.

Et plures adhibere, eodem.

Lucrum Cameræ Carolus instituit, & sunt tres grossi, den: 6, valen. a porta. Lud: 1, art: 4.

Lucrum Cameræ de villa, in qua debito tempore solutum non est, cum literis birsagialibus per trium marcarum birsagium exigit Comes. Sig: maj. art: 9, 5.

Ludas vocatur perjurus amittit perpetuò o omnia bona mobilia, & immobilia, infamis redditur, varia veste, zona canabea utitur, nudis pedibus, & capite incedit: agere contra neminem potest, respondere debet omnibus, & hac respectu coronæ patitur. Respectu adversarij in homagio, & emenda capitis convincitur, part. 2, tit 50.

Lustratio militum continui, & particularis expeditionis fiat semel in anno, in festo S. Georgij juxta art: anni 1553 præsentæ supremo Capitaneo. Pos. 78, art. 13.

M.

Magistratum lædens, & Sacerdotes, tanquam pro publico crimine, ab omnibus accusari potest. Prologi tit. 1.

Mala testa, Frid: in Vngarum, an. 50 ar. 73

Malefactores clamantes nemo juvet: sed insontes implorantes omnibus licet. prat. 3, tit. 24.

Malæ fidei possessor calumniam allegare non potest, licet contra eum duplici colore agatur. part. 2, tit. 71.

Malefactores à Capitaneis, liberis Comitibus, & comitatibus, & aliis, qui habent privilegia eos puniendi; capi, & punire possunt, capti verò dimitti non, sub pœna homagij ipsorum. part. 3, tit. 32. Pos. 48, art. 49.

Malefactores à non privilegiatis capti, ultra triduum conservandi non sunt, sed tradendi Comiti. part. 3, tit. 32.

Malefactores suspecti inquirantur singulis quartalib⁹ anni, in bonis omnium per juratos Nobiles. Pos. 48, art. 50.

Malefactores captivos sponte dimittens, Comiti homagia illorum, & damnificatos per illos damnum restituere cogitur. Matt: maj. art. 38, Vlad: maj. ar. 80.

Si Comes, aut vice-comes fuerit, præterea in amissione honoris convincitur. Vlad: ad maj. art. 19.

Malefactores de bonis omnium Comes extirpet. Matt: maj. art. 1, 51.

Malefactores in suis bonis nemo teneat, multo minus defendat; si enim defenderet, & Comiti capere non permiserit, nec ad sedem judiciariam comitatus pro infligenda pœna, adduxerit: homagium ejus solvet; & bona, in quib⁹ tenebat, ad fiscum jure perpetuo devolventur. Matt. maj. art. 48, Vlad: maj. ar. 19

Malefactores qui tenuisse comperti fuerint, vel

vel eis latrocinandi occasionem tribuisse; brevi processu per Regem, vel locumtenẽtem, eadem pœna puniantur, quàm meriti fuissent latrones. Pos. 57, art. 23.

Malefactores, qui Nobiles, & miseram plebem opprimunt, non ad privatam alicujus sed ad publicam comitatus querelam, Rex intra, & extra Regnum, sine juridico processu puniat; Pos. 46, ar. 26.

Malefactores, qui apud se tenent, & partem prædæ ab eis capiunt; ad publicam querelam eos faciat Rex, expugnatis eorum arcibus, interimi. Pos. 48, art. 49.

Malefici, & venefici tradantur in manus læsorum ab ipsis, aut parentum eorum. S. Steph: lib. 2. cap: 32.

Mandatorum regiorum triplex genus; primum, quo mandatur Judicibus, & justitiariis, ut faciant pertinẽtia ad eorum officium in causarum processibus: si non obediunt evocati, perdunt officia quæ habent, & fiunt inhabiles ad alia, præterea in singulis ducentis flor: convincuntur. Secundum, quo Rex præcipit aliquid suis Capitaneis, & officialibus si non obediunt, sua Majestas puniat eos. Tertium, quod datur ad expositionem querelantiũ, cum clausula (rebus sic stantibus, &c.) contra non obedientes huic generi, procedat quærulans juris ordine. Pos. 63, art. 78, 79, 80.

Mardurinarum solutio à Colomano Rege statuta. And: art. 27.

Et solvuntur in Sclavonia. Alb: art. 7.

Maritus uxori, & contrà, potest facere fassionem de his bonis, de quibus etiam exteris licitè fateretur, ut sunt per se acquisita. part. 1, tit. 110.

Maritus uxori, & contra impignorare potest, jura possessionaria evidenti de causa; veluti pro rebus ejus mobilibus ad melioratiorem, vel redemptionem eorundem, aut aliorum jurium possessionariorum expositis. Ibidem.

Vide plura infra in voce, uxor.

Majoris potentiæ casus verberatio, vulneratio, detentio, interemptio, invasio domꝰ Nobilium, & occupatio bonorum. Matt: maj. art: 18. Vlad maj. art. 70 min art. 8. And: min. art. 8.

Majoris potentiæ causa quomodo procedatur, vide, part. 2. tit. 67.

Majoris potentiæ actus extra omnes octavas judicentur. Vlad: min. art. 8. ad min. art. 13.

Masculo hærede carens, si decedit, & dubitatur de ejus bonis, an ad jus regium, fœmineumve, vel aliquos fratres generationales pertineant; sequestrantur talia bona ad manus communes, usq; ad decisionem talis dubij. part: 1, tit. 29.

Masculi ætatis anno 12, procuratorem constituere possunt, 16. de debitis, & juribus pignoratitiis, 18, de rebus mobilinus 24, de juribus possessionariis fateri. part. 1. tit. 111.

Matricidæ nota infidelitatis feriuntur. part. 1, tit. 14.

Maternis in bonis succedit filius, nec ea cum patre dividit. part: 1, tit. 54.

Matrimonium in facie ecclesiæ contrahatur. Col: lib: 2, art. ultimo.

Ex matrimonio inter Consangvineos, ignoranter contracto, suscepit liberi succedũt parentibus, sed si scienter contraxerant, non

non succedunt. part. 1. tit. 106.

Maximilian⁹ II. donationes, & omnes gratiæ vitè, & legitimè, ante sui in Regem electionem, in absentia patris factæ, ratificantur. Pos. 63, art. 64.

Mensura vini, & Tritici, aliarumq; omnium rerum, item pondera eadem Budensia similiter habeantur in toto regno, & qui alia mensura seu pondere utitur; perdat rem mensuratam vel ponderatam. Sig: min. art. 1. Vlad: 5. art. 17.

Mensura seu ulna Regia. part: 1, tit. 133.

Messor alia pecunia, vide supra, Decimatores.

Metas regni consiliis regnicolarum conservet Rex. Alb: art. 17.

Metæ regni ex parte Austriæ, teneantur ita, vt sunt à Matthia rectificatæ, 1547, art: 37. Vlad: maj. art. 25.

Metæ inter Prandorff, & Gatha rectificẽtur. Pos. 57, 45.

Metæ regni rectificentur inter Austriam, Poloniam, Moraviam, Silesiam, per Cõmissarios addunt articuli. Vlad: maj. art. 25, min. 28, quinto art. 22. Pos. 42, art. 54. Pos. 46, art. 59. Tyr: 47, ar. 38. Poson. 50, art. 40. Poson. 52, art, 35. Poson. 45, art. 13. Poson. 57, art. 18. Poson: 69. art: 42. Poson. 74, art. 29.

Metarum distinctiones, & lites ratione earum, unde ortum habuerunt. part. 1, tit. 84.

Metalium literarum sub inclusione fundatæ possessiones, earundem literarum vigore non auferuntur. part: 1, tit. 85.

Metarum redificatio, non obstante præscriptione Metali: peragitur literis metalibus. part. 1, tit. 85.

Metalib⁹ literis, præscriptione non obstante, recuperantur terræ a principali membro abstractæ. part 1. tit. 85.

Metales literæ ad relationem regij, & capitularis hominum confectæ, cum clausula (dicitur nobis) falsæ sunt, si post reambulationem in eis donatam, actor reperiatur nunquam possedisse metas ibi denotatas. part. 1, tit. 86.

Metales literæ ex juridica commissione, item ex reambulatione ex consensu partium, item per modum fasionis, & concordiæ, similiter ex consveta reambulatione regij, & capitularis hominis, coram vicinis, & cometaneis confectæ, valent. part. 1, tit. 86.

Metalis reambulationis causa ad quintum decimum diem judicentur; sicut causa ex articulis Novizolienſib⁹ judicari solita. Pos 42. art. 5.

Metarum in reambulationibus æstimantur terræ in lite remanẽtes in eum finem; vt si alicui parti super illis per judices juramentum sit imponendum, sciatur, cum quot nobilibus jurare debeat, cum tot, quot marcas valebunt tales terræ. part. 1, tit. 134.

Metarum prætextu cui juramentum imponitur, si succubuerit, in juramenti depositione terræ illæ cedent adversæ parti. part. 2, tit. 36

Millites indigenæ pro violentiis sub expeditione commissis: possunt vel coram Capitaneis, vel coram judicibus ordinariis requiri, externi tantum coram Capitaneis. Poson. 48, art. 20.

Milites prædatores licet cuilibet de suis bonis ejicere. Pos. 42, art. 51.
Militibus in confinib⁹ non licet inter se partiri & possidere aliena bona. Sop: 53, a. 7
Milites ad bona dominorum, & Nobilium ne descendant. Zol: 42, art: 23.
Milites continuè interteneantur per totum regnum, tres equites a centum colonis. Pos. 66. art. 15.
Militum à stationibus discessus, punitur in art: anni 1552. Pos. 75, art. 14.
Mineræ si inveniuntur in possessionibus aliquorum, potest Rex tales possessiones per alias æquivalentes pro se mutare: si non vult, relinquet antiquis dominis, & urburas solitas ex illis percipiet. Lud: 1. art. 13. Matt: maj. art. 32.
Contrà, non potest Rex, invitis dominis, tales possessiones auferre: sed debet esse contentus medietate urburarum; altera medietate domino terrestri relicta. Sig: min. art. 13. Vlad: maj. art. 30.
Ministri judicis scienter falsam sententiam exequentes, peccant. Prol: tit. 16.
Minoris potentiæ actus (ut sunt illatio damnorum, &c.) pœna ultra damnorum refusionem florenorum 100, quorum dimidia pars judici, altera dimidia victori cedit. Vlad: maj. art. 55. & part. 2, tit. 67.
Minoris potentiæ onus qui solvere non potest, capitur, & in quindecim diebus à Judice detentus, datur actori, servitur⁹ eidem usq; ad satisfactionem. par: 2, t. 68
Minoris potētiæ onus in Transylvania fl 50 si patrator est vice-comes, vel judex nobilium, duplum. part. 3, tit. 3.
Molendina in Danubio, Savo, Dravo, Tybisco, Vago, & Nittra existentia, quæ hyeme, per glaciem impediuntur, item, in quibus domini molitores tenent, quæq; tempore æstus deficiunt, libera sint à Dica. Pos. 67, art. 12.
Pro molendino potest quis aggeres tenere in terra aliena. part. 1, tit. 87.
Molitores dicam solvant. Zol: 42. art 14.
qui scilicet habent domos in medio alienorum colonorum, si verò non habent, a solo molendino non solvant. Pos. 67. art. 12.
Monetæ falsæ cusor notam infidelitatis incurrit. part. 1, tit. 14. Tyr. 47, art. 24.
nec ei gratia fiat sine regnicolarum cōsensu. Pos. 48, art. 51.
Moneta novæ formæ, cudatur cum insignibus veteris monetæ. Pos. 50, art. 48. Pos. 52, art. 46.
Moneta Cremnicensis nova, & antiqua ubiq; accipiatur. Pos. 48, art. 51. Pos. 50, art. 49. Pos. 54, art. 22.
Moneta Hungarica cudatur, juxta priorem linguam. Tyr: 47. art. 25.
Moneta Polonica in regno non recipiatur. Pos. 48, art. 51.
Imò auferatur liberè introducentibus, cujus dimidium fisco cedat, dimidium ablatori. Pos. 74, art. 20.
Moneta externa in regnum non introducatur. Alb: art. 11. Vlad: maj. art. 31. Sex: art. 11.
Montis græcia libertas servetur. Pos. 48, art. 56.
Mortuum evocans, in homagio evocati condemnatur. part: 2, tit. 32.
Mucronis sanguine tincti circumferentia antiqua consuetudo. part. 1, tit. 3.

Mulier, vide supra, fœmina.
Mulieres nobiles extra locum capitularem possunt procuratorem constituere coràm duabus personis capitularibus.
Vlad: maj. art. 97.
Mutilationes membrorum præter Banos, ac confinia tenentes, nullus judicum facere præsumat; contrarium facientes, in facto potentia convincantur. Sig: min. art. 3.
Munitio locorum finitimorum, vide, finitimorum sub litera F.

N.

Negotiatores tàm Hungari, quàm externi, solutis tricesimis, & vectigalibus liberè ubiq; negotientur.
Tyr: 46, art: 51.
Nepotes ex tuo filio non emancipato nati, sub tua sunt potestate. part. 1, tit. 51.
Nobilium libertatis author S. Stephanus.
And. in proœmio.
Nobiles creantur pro bonorum, seu jurium possessionariorum donatione. part. 1, tit. 4.
Nobiles creantur etiam absq; possessionaria collatione, per exceptionem, & segregationem, à servitute rusticitatis, & aggregatione in cœtum nobilium. part. 1, tit. 6.
Nobile matre, patre ignobili natus, non est nobilis, nisi mater fuerit præfata in matrem. part. 1, tit. 7.
Nobiles fiunt etiam per adoptionem, cum consensu regio, factam, & statutione bonorum legitimè subsequuta confirmata. part. 1, tit. 8.
Nobilibus, & eorum familiis non servetur interdictum, propter non solutionem decimarum à rusticis; nisi ipsi sint causa notoria hujusmodi non solutionis.
Matth: maj. art. 2.
Nobiles decimas solvere non tenètur ex propriis terris nec tributa. Col: art: 25. Vlad: maj. art. 50. Vlad: min. art. 35.
Nec tricesimas. part. 1. tit. 9. And. ar. 3.
Nobiles eximuntur à contributionibus. Col: art. 50. And. ar. 3, 20. Lud. 1. a. 12 Alb: ar, 16, 17. Vlad: maj: ar. 28, 105
Nobilium certi, & jurati pro faciẽdis exequutionibus, in quolibet comitatu eliguntur. Matth: maj. art. 9.
Revocatur hoc per Vlad. maj. art 53.
Nobilium libertas. part. 1, tit. 9.
Nobilis non convictus, ad simplicem querelam detineri non potest: nisi in homicidio deliberato, villarum combustione, furto, latrocinio, ac violento adulterio, in loco delicti comprehensus, par. 1. tit. 9. & in sententia capitali convictus.
Alb: art. 27.
& si alicui Domino serviens, ejus negotia male gesserit. Matt: maj: art. 33.
Nobiles a principe quocunq; non possunt impediri in bonis, vel personis, nisi citati, & via juris convicti. par: 1 tit: 9 And. art. 2
Nobiles etiam castra habentes, qui Barones non sunt, omnes in medium comitatus soluant, & numerentur in omnibus.
Pos. 56, art. 40
Nobiles unius sessionis ad rusticitatem per disturbia redacti, restituantur eorum libertatibus. Pos. 48. a. 54. Pos: 52. a: 40.
Nobiles sint immunes à decimarum, tributorum, vectigalium, tricesimarum & similium solutione. par. 1, tit. 9. And. ar. 3
Nobiles profugi, hoc est, qui amissis bonis, ad

loca tutiora confugerunt, nec taxam regiam, nec decimas solvant ex eorum culturis. Pos. 46, art. 41. Tyr. 47, art. 6.

Nobiles, qui ob metum Turcarum domi habitare non possunt, in civitatibus liberis, & montanis, hospitia habere, & domos emere possunt sine tamen praejudicio libertati civitatum. Pos. 52, art. 46.

Idq; quatenus cum bona civium voluntate fieri poterit & ferat onera civilia, emptaq; juxta civitatum consvetudines; liceat eis & vina inferre ad usum proprium, non ad educillationem. Pos. 63, art 62.

Nobiles unius sessionis solvunt decreto statuum Regis subsidium. Pos. 48, art: 23.

Nobiles profugi in civitatibus habitantes non sunt subjecti juris dictioni judicum; nisi in causis ratione illorum locorum, & nisi sponte sua se subjecerint; nec officialibus aliorum locorum, in quibus habitant; sed debent requiri coram judicibus ordinariis. Poson: 46. art: 43.

Nec solvant decimas ea occasione, sed ferant onera civilia. Pos. 69, art: 28.

Nobiles profugi, qui non solvunt nonas, & alia dominis terrestribus, ij non solvunt etiam decimas. Pos. 46, ar: 41.

Nobilium omnium eadem libertas. Lud: 1, art. 11.

Per nobiles, quando de libertate agitur, intelliguntur Prælati, Barones, Magnates, & omnes regni proceres. part. 1, tit. 9.

Contra nobilem in communi inquisitione, rarò admittuntur testes rustici, & non, nisi ambabus partibus consentientibus. part. 2, tit. 27.

Nobilis unus suo juramento florenos 4. ex debito, vel damno, vel mutuo, vel amissa pecunia recuperat. part: 2, tit. 32.

Nobilis juramẽtum valet & penes nobilem, & penes ignobilem. part. 2, tit. 33.

Nobilem statui mandans, convincitur in ejus homagio. part. 2, tit. 23.

Nobilem appellans ignobilis, solvit ejus homagium. part. 2, tit. 36.

Nobilis convictus in onere majoris potentiæ, si non habet, unde satisfaciat, capitur. part: 2, tit. 68.

Nobilem extra locum delicti cives capere non possunt. part. 3, tit. 20.

Nobilium, & misera plebis oppressores, non ad privatam, sed ad publicam Comitatus querelam intra & extra regnum, sine juridico processu, Rex puniat. Pos. 46. art. 27.

Nobilem absq; causa occidentes cives, capitali sententia feriuntur. part. 3, tit. 20.

Nobiles sine stipendio extra regnum cum Rege non militant, & exceptis Officialibus, & stipendiariis Regis, in solo regno, non extra, cum Rege, contra hostem, ire tenentur. And: art. 7.

Nobiles privilegiati punire, non dimittere possunt malefactorem. part. 3, tit. 32.

Nobilis sine filio decedentis, bonorum quartam accipit filia, de tribus disponit liberè, si intestatus moritur, propinqui succedunt, aut his non existentibus, Rex. And: art. 4.

Revocatur hoc in confirmatione ejusdem Decreti Andreæ per Ludovicũ primum facta in conclusione.

Nobilitatis origo, & quod Rex solus nobilitat. part. 1, tit. 3.

eiq; soli subsint. part. 1, tit. 4.
Nobilitas acquiritur disciplina militari aliisq; animi & corporis dotibus. part. 1, tit. 4.
Nobilitas probatur literis donationalib⁹ aut expeditoriis super quartarum solutione. part. 1, tit. 6.
Nomina testium duabus ex causis solent conscribi in literis relatoriis, communis inquisitionis. I, vt sciatur an sint vicini, vel comprovinciales. II. vt cognitis eorum nominibus, possint contra ipsos exceptiones formari. part. 2. tit. 29.
Nonæ exigi mandantur de vino, & frugib⁹. Lud: art. 6. Vlad: maj art. 47, 104 min: art. 41, non akones ad min. art. 27, in sexto art. 15.
Nonæ post decimarum solutionem exigantur. Lud: 1, art. 6. Vlad: maj. art. 48.
Contra nonæ prius postea decima exigatur. Vlad ad maj. art. 44. Ad: min. ar. 27
Nonas solvere tenentur dominis terrestribus in quorum terris hæreditates habent cives liberarum civitatum; & si quæ in contrarium habentur privilegia, ea sunt cassata. part. 2, tit. 8.
Nonæ, et decimæ exiguntur de pecuniis, propter discordiam partium in Capitulorũ, & convẽtuum sacristiis depositis, de parte ejus, qui causam dedit tales pecunias deponendi. Sig: maj. art. 15. Vlad: maj. art. 95.

NOTAM INFIDELITATIS incurrunt.

1. Crimen læsæ majestatis admittens.
2. Erigentes se evidenter adversus statum publicum & Regem.
3. Falsarij literarum, sigillorum, monetarum, & his falsis evidenter utentes.
4. Parẽtum, fratrum, sororum, consanguineorum, uxorum, maritorum, occisores, vulneratores.
5 Incestum committentes.
6. Incendiarij publici.
7. Inductores exterorum ad turbandum regni statum.
8. Violatores salvi conductus.
9. Traditores, expugnatores, interceptores fortalitiorum.
10. Interemptores captivatorum, verberatores judicum, eorum vicesgerentium.
11. Occisores ad dietam, & judicia, vel sedem comitatus proficiscentium.
12. Occisores, vulneratores, verberatores hominum regiorum, capitularium, & conventualium, adduntur & Vice-comitum, ac judicum nobilium, nec eis gratia regia suffragari potest. Pos. 42, ar. 29
13. Hæresi damnatæ adherentes.
14. Mutilatores membrorum, oculorum erutores, præter Banos, Vvayvodas, & confinia tenentes.
15. Amissores castrorum finitimorum.
16. Administratores armorum, & victualium infidelibus.
17. Turbatorum attentores spoliatores eorum, qui à Turcis ad nos confugiunt.
18. Secundariam repulsionem facientes. part. 1, tit. 14. part. 2, tit. 75. Vlad: ad maj. art. 4. in quinto.
19. Non restituentes bona occupata. Supra. in dictione bona.
20. Rege mortuo arma sumentes, vel pacem turbantes. Vlad: maj. art. 10.

Nota infidelitatis absq; Prælatorum, & Baronum consilio, Rex neminem feriat.
Matt: in art. 3. Vlad: maj: art: 13. Ad maj: art: 4

Nota infidelitatis damnati, Officialis castrum, quod ante notam à Domino suo sibi creditum est contra Regem, & Regnum defendens, notam non incurrit, sed damna solum per ipsum facta, refundit, qui post notæ sententiam, tale officium suscepit, incurrit. Vlad: min. art. 46.

Notæ, & Capitalis sententiæ differentia. part. 1, tit. 16.

Nota infidelitatis damnatus, amittit perpetuitatem bonorum, quæ per gratiam, si restituitur, non ante, sed post sententiam natos filios respicit, qui soli succedunt Patri post gratiam. Ibidem.

Nota infidelitatis condemnati bona, ante gratiam alicui collata per gratiam non recuperantur. Ibidem.

Nota infidelitatis condemnatus, habens bona utrumq; sexum concernentia; eadem bona per gratiam rursus ad utrumq; sexum recuperat. part: 1, tit. 20.

Per notam propter adhæsionem alterutri parti inter Ferdinandum, & Joannem Regem aliis donata, restituantur suis antiquis dominis Zol. 42, art. 3. Pos. 42, art. 33.

Per notam infidelitatis impetrans bona alicujus, & contra eum non probans; quod notam incurrerit convincitur in perennali æstimatione eorundem bonorum. part. 2, tit. 25.

Notam infidelitatis incurrentibus 40 dierum salvum conductum det Rex ad se purgandum, defendendum, ad supplicandum Vlad: min. art. 27.

Nota infidelitatis condemnato post factam gratiam, nec filij ante sententiam nati, nec filij adoptivi succedunt. par: 1, tit. 49

Nota infidelitatis damnati, bona omnia ad Regem, non ad partem devolvuntur adversam dempto casu secundariæ repulsionis, quia tunc adversarius accipit tertiam partem. part: 2, tit. 57. Vlad 5. art. 4.

Nota infidelitatis in curia Regia damnatus, amittit bona non Hungarica tantum, sed etiam ei subjectis existentia. part. 1, tit. 65.

Nota infidelitatis trib⁹ modis fertur. in publica dieta per Regem, & regnicolas, pro secundaria repulsione, & per judices ex allegatis, & responsis. part. 2. tit. 75.

Nota infidelitatis in dieta damnatus, nec salvo conductu, nec contradictione, nec repulsione potest se juvare, aut exequutionem sententiæ impedire. part. 2. tit. 75.

Nota infidelitatis ex allegationibus, & responsionibus, aut per non venientiam à judicibus damnatus, potest uti repulsione, novo judicio & procuratoris revocatione. Ibidem.

Notam infidelitatis incurrit, qui violentias in illos, qui comitiis intersunt, aut in eorum bonis patrat. Pos. 67, art. 46.

Novorum judiciorum causæ brevi termino decidũtur, sicut etiam causæ dotum, &c. part. 2, tit. 18.

Imò in primis, & unis octavis, ante omnes alias causas. Vlad maj. art. 50. part: 2, tit 77.

Novum

Novum judicium legitimè impetratur, & penes illud novæ responsiones, & allegationes fieri possunt. part. 2. tit. 77.

Novum judicium cum gratia, non impedit latæ sententiæ exequutionem. Ibidem.

Novi judicij dandi plena potestas penes Regem. part. 1. tit. 77.

Novum judicium impetrans, & non persequens, in calumnia convincitur. Vlad: 5, art, 11.

Novum judicium in causa non succumbens, non potest impetrare vivente eo, qui succumbit: post mortem, potest is, in quem prosequutio est devoluta. part. 2, tit. 78.

Post novi judicij discussionem, in causa semel remissa ex curia regia, non appellat secundo, qui prius appellaverat, alia pars appellare potest. part. 3, tit. 6.

(Nullum jus, nullamve juris proprietatem sibi reservando) hæc clausula hanc vim habet, in fassionibus, quod deficiente eo, cui fassio est facta, ad fatentem, vel ejus hæredes non redeunt bona, de quibus est fassus, sed ad fiscum devolvuntur, sine hac autem clausula, redirent. part. 1, tit. 69.

Nundinæ novæ in parva distantia à veteribus possunt concedi, sed non eodem die. part. 2, tit. 10.

O.

OBligaminum causæ brevi termino finiuntur. part. 2, tit. 18.

Occidens aggressorem cum gladio evaginato hostiliter, non punitur. part: 3, tit. 21.

Occupator aliorum bonorum violentus, potest expelli infra annum violenter. part: 1, tit. 68.

postea non, nisi juris ordine, & convincitur in capitali. part: 2, tit. 42.

Occupans violenter bona in alium devoluta, & jure convictus, capitali sententia feritur. Ibidem.

Occupatio, & occupator bonorum, vide supra, bona.

Octavæ quadraginta dies juridicos durant, demptis festis diebus. Pos. 63, art. 24.

Oculata revisio est violenti occupatoris in dominio occupatorum existentium visibilis ostensio: fitq; convocatis nobilib⁹, commetaneis & comprovincialibus eorum testificatione, ac oculata demonstratione, coram regio, & capitulari hominibus, qua peracta, attestatio eorundem vicinorum, & comprovincialium celebratur in sede comitatus, vel in facie. part: 2, tit: 41.

Oculatæ revisioni interessentes examinantur eo modo, qui servatur in communi inquisitione. Ibidem.

Oculata revisio majoris efficaciæ, quàm sola communis inquisitio, quia post oculatam revisionem, juramentum non decernitur, si sufficienter probatum est, sin minus, defertur reo. part: 2, tit. 41.

Officiales Prælatorum, Baronum & Nobilium in juramentum depositione nobilibus æquiparantur. part: 2, tit. 27.

Officiales Ecclesiasticorum, ratione actuum potentiariorum ibi patratorum, evocantur ex officiis suis, & si convincuntur, satisfactio quoq; illinc fit adversario, & judici, ex parte eorum, ipsi autem per dominos, quorum non accessit commissio, ad illa patranda detineri possunt, usq; ad satisfactionem. part. 2, tit. 48.

Officiales regij, aut quorumcunq; cum potentia suorum dominorum, actus potentiarios, vel quacunq; mala si perpetraverint domini seipsos juramento purgabũt, & ostendent esse innocentes, & satisfacient de suis propriis bonis damnificatis: ipsi verò ab officialibus exigent etiam per occupationes bonorum, & personarũ detentiones pro eis in satisfactione expositis, non obstante nobilitatis libertate.

Sig: maj. art. 6.

Officiales regij infra regij.

Officiales Capitulorum & Conventuum, in medio colonorum judicum eadem efficacia, & authoritate faciunt, vt ipsa etiam capitula & conventus part. 2. tit: 53:

Onera judiciaria quomodo solvantur, vide supra in voce, birsagium.

Onus minoris potentiæ flor: 100. qui æqualiter dividuntur inter judicem & actorem. part. 2, tit. 67.

Onus filiorum, aut fratrum assumere, est fidejussionem quandam super observatione paterna, vel fraterna fassionis emptori bonorum aliquorum facere.

part: 1, tit. 59.

Onus tripliciter assumiter. Primò simpliciter, id est, absq; causa rationabili, gulosè aut injuriosè, & sic non valet, sed simpliciter rejicitur in judicio. Secundò rationabiliter, idest, ex causa rationabili pro redemptione, vel melioratione bonorum, seu reparatione domus &c. Hæc assumptio si non continet nomina eorum expressè, quorum onus assumitur, invalida est: si continet, valet, & vivo assumente, filius vel frater non aliter poterit eam revocare, quàm cum humagio, & communi æstimatione eorundem bonorum. Tertiò pro redemptione capitis sui, hostium captivitate aut pro suæ personæ qualicunq; eliberatione a sententia capitali, & talis assumptio nunquam revocatur. Ibidem.

Onus prohibitionis sylvæ, aut pratorum &c. constitutum, aut communitate aliqua contra eos, qui in eis damna inferrent, pertinet ad eos, qui illic habitant tantum, externi per æstimationem damni satisfaciunt. part. 3, tit. 33.

Oppignorata, seu quovis titulo obligata bona, sine hærede decedente, redimit Rex, vel Imperator. part: 1, tit. 27.

Ordinarij judices, Palatinus, judex curiæ, Secretarius, Cancellarius, aut suus Locumtenens sigillum judiciale portans.

Matt: 1486. art. 68.

P.

Palatinum Rex cum consilio regni eligit, is in electione Regis primam habet Regis in ætate tenera constituti tutor est, durante q; Principis pupillari ætate, ei obedire debent omnes; interim Rex est è Rege non existente. Est etiam in generali expeditione supremus Capitaneus, seditiones regnicolarum sedare debet, & in his sontes punire. Rege & regno dissidentibus, mediator esse debet ad pacem constituendam. Regis ignari, aut simplicis defectum supplet in respondendo oratoribus. Si Rex alicujus bona illicitè confert, debet apud eum intercedere pro termino ad discutiendum, donationis conditionem assignando. Judicat omnes causas, & de oneri-

oneribus judiciorum coram eò emersis, Rex non debet disponere: Regis absentis, vicem gerit. Est judex Comanorum, à quibus accipit 3000 aureos annuatim, Dalmatiam judicat, in qua habet certas insulas, Matt: in speciali Decreto.
Vlad: maj: art: 33. And: art. 8. Alb: art. 1. pos. 55, art. 1.
Palatinus omnes quidem judicat, sed sentẽtiam capitalem, aut amissionis possessionem, sine conscientia Regis, contra nobiles non pronunciat. And: art. 8.
Palatinale judicium aboletur.
Matt: maj: art: 1. Vlad: maj: art: 35.
Palatinus in expeditione judiciaria potest causas violentiarum, sub ipsa expeditione commissarum, videre. pos. 55, art. 1.
Papa non legitimat illegitimos liberos ad successionem in bonis paternis.
part. 1, tit. 11.
Papa non confert, sed confirmat collatos episcopatus in Regno Hungariæ.
part. 1, tit: 11.

PARAPHERNUM.

Paraphernum integrum, hoc est, omnes res tempore desponsationis, aut nuptiarum, à quocunq; donatas, cum dote accipit uxor, marito mortuo, nec eas subjicit divisioni; in quibus succedunt ei liberi ipsius, aut his non existentibus, propinquiores.
part: 1, tit. 100.
Paraphernum quid sit, habes in proximo &c & part: 1, tit: 93. 105.
Paraphernum non perdit uxor adultera.
Ibidem.
Paraphernorum causa brevi termino finiuntur. part: 2, tit. 18.
Extra seriem judicantur. Vlad: ad maj. art. 16.
Paraphernum, & dotem, seu quartam, quomodo monetur tollere mulier, & si non vult, quomodo proceditur contra eam, Vide supra dotem.
Paria literarum in judicio exhibitarum semel tantum peti possunt. Pos. 50, ar. 58.
Parricida notam infidelitatis incurrit.
part. 1, tit. 14.

PASCUA.

In pascuis equi militum maneant, usq; ad ultimum diem Maij, & non in fœnetis, quæ falcari solent, suosq; tantum, non amicorum equos ibi milites pascant.
poson. 66, art. 20.
In locis securis miseram plebem non vexent, ad sustentandum se gratis non cogant: aliter facientes per capita puniantur, si illi negligant florenis 1000. & refusione damnorum per Majestatem suam Cæsaream mulctentur. Ibidem.
Ut ad omnium statuum bona accedant, cognatorum equos secum non ducant, alioquin equos amittant, quorum pars denunciatori, & altera pars domino fundi per Capitaneum assignetur. Pos. 78, a. 14
Patre nobili, Matre ignobili natus Nobilis est, non contra. part: 1, tit. 7.
Paterna potestas in filios est hæc; quod, quam diu filij sunt in paterna potestate, bona paterna alienare, aut super iis contrahere non possunt, invitis parentibus. Quod patres filios possunt pro excelsibus castigare, & etiam incarcerare: quod, in casu necessitatis filiorum, onera patris assumũt,

& bona alienant, quod patribus invitis filios nemo potest apud se retinere, quod Patres possunt pro se filios obsides dare, quod filij de rebus mobilibus patrum arestari non possunt, ultra quam Patres volunt. Omnes autem filij, aut filiæ, ante emancipationem imò & nepotes ex filio non emancipato nati, subsunt potestati paterni. part. 1. tit. 51.

Pater filium, in quibus casibus potest ad aviticorum bonorum divisionem compellere, vide supra divisio.

Pater acquirit filio, & contrà. part. 1, t. 53.

Paterna potestas tollitur patre mortuo, & nota infidelitatis, aut capitali sententia damnato ab hostibus q; capto. part. 1, tit. 56.

Pater avitica bona, in præjudicium successorum, non potest alienare par. 1, tit. 58. Nisi pro capitis sui ab hostibus, vel à capitali sententia liberatione. part. 1, t. 59.

Patre evocato, ob factum majoris potentiæ, & mortuo, ante finem litis, hæres ejus non condemnatur pro ejus delicto in pœna capitis: sed æstimatione bonorum defuncti; occupatorumq; per eum restitutione, & damnorum refusione. part. 2, tit. 61.

Patre simul cum omnibus filiis sententionato non redemptio bonorum per eos, de Principis gratia, fieri poterit etiam de vicinorum manu, si jam alij ad se redimissent. part. 2, tit. 64.

PAUPERIBUS.

Pauperibus Vice-comites in documentum pauperitatis eorum literas testimoniales dare debent, sub fide, & fidelitate. pos. 63, art. 51.

Pauperibus judicetur primo die in comitatu. Ibidem.

Pauperum causæ judicentur in curia feria sexta, & Sabbatho. pos. 50, art. 53.

Peregrinationis, & studiorum causa absentes, semel non graventur propter absentiam, nec feratur in eos sententia (per non venientiam) Vlad: admin: art. 1.

Perjurus nunquam amplius potest esse testis. Col: art: 27, 83.

Personæ requisitæ in judicio, Judex, actor, reus, testes. prol: tit. 13.

Personalis præsentiæ Regiæ quis sit. Matt: Vlad: anni 1492, art: 42.

Personalis præsentiæ regiæ Locumtenens semper Budæ maneat, & judicet. Vlad: maj. art. 7, art 55.

Pertinentia omnia illa dicuntur, quæ ad civitatem, oppidum, villam, aream pertinent, hoc est, omnia bona immobilia. part: 1, tit. 24.

Personalis citatio, Vide supra evocatio.

Perjurij pœna gravissima, vide supra ludas.

Perjurium duplex: I. quando sub juramento alicui quispiam promittens, non servat promissum; pro hoc non punitur pœna Aucariorum, ob infirmitatem, vel alia impedimenta legitima, qui præstare non potuit, quod promiserat: præstare tamen tenetur in posterum. II. Mendacium sub juramento, in periclitationem jurium alicujus malitiosè cõmissum, pro hoc pœna Ludas semper decernitur. part. 2, tit. 30.

Persona singularis, hærede carens sententiata, per gratiam redimit bona sua. part. 2, tit. 64.

Pignora, vel vadia propria authoritate nema

mo capiat, contrarium faciens, in facto potentiæ convincatur. Sig: min. art: 2.

Pignoris titulo bona obligari non possunt in præjudicium hæredum vel fisci supra cõmunem æstimationem. part: 1. tit. 60.

Pignoratio bonorum, ex parte impignoratorum est juris proprij necessitate cogente, temporalis ad utendum alteri concessio: ex parte autem creditoris, est juris alieni, cum fructuum perceptione, & capitalis summæ repetitione, damnabilis ad tempus detentio. part. 1, tit. 80, 81.

Pignoratis in bonis præscriptio non fit respectu dantis, seu impignorantis, sed fit respectu recipientis. part. 1, tit. 82.

Pignorare non possunt jure possessionario ultra communem æstimationem, & ipse pignorans non, nisi tota summa; hæredes autem ejus communi æstimatione deposita, recuperant pignorata. part. 1, tit. 83.

Pignoratitiæ juris possessionariæ causæ brevi termino finiuntur. part. 2, tit. 18.

Pignoraticia jure tenens, & coram judice personaliter repertus; personali citatione citatus ad tollendam suam pecuniam, & remittenda bona pignorata, respondere intra triduum tenetur, si literarum pignoratitiarum paria actor coram judice producere poterit. part. 2, tit. 20.

Pignoraticia jura redimere volens, personaliter, vel de domo admonet tenentem ea, ad tollendam pecuniam suam, & si non tollit, evocatur non personaliter, nec de domo, sed de bonis, si habet. Si non habet, etiam de domo, aut personaliter & perdita pecunia, cogitur bona gratis remittere. part. 2, tit. 24.

Pyrrhus ab arcu Ung: pos. 59, art 55.

PISETARIUS Archiepiscopus Strigoniensis intersit, & videat quantum auri & argenti singulis septimanis inferatur ad Cameram, propter evitandam exportationem è Regno. pos. 57, art. 15.

Plebanis sua libertas servetur, eorum bona patroni post mortem sive testentur, sive non, non auferant, nec Prælati, extantibus cognatis. poson. 57, art. 10.

Plebani non cogantur ab Episcopis confirmationes petere. Vlad: min. art. 66. in 5, art. 26.

Semel tantum petatur ab eis charitativum subsidium, nec ultra taxentur. Vlad 5, art. 12, min: art. 69.

Plebanis suas decimarum decimas, vel sedecimas reddant arẽdatarij. pos. 57, ar. 12

Ad Poloniam oppignorata oppida liceat Hungaris redimere. pos. 67, art. 43. pos. 63, art. 59.

Polonica moneta in Regno non recipiatur. pos. 48, art. 51.

Imò auferatur inducentibus, & ejus dimidium habeat ablator, dimidium fiscus. pos. 74, art. 20.

Eandem amittat, si de ea quæstum exercuerit. poson. 78, art. 19.

Aut redigatur ad suum valorem eodem. Ibidem.

Polonicum Regnum oblatum Maximili: Anno 1575. art, 18.

PONTES.

Pontes nullos, vel malos tenentes, primò in centum secundò in ducentis florenis tertiò in redemptibili amissione villæ, in qua te-

lonium habent convincantur.
Pos. 66, art. 12.
Poppel Ladislaus Ungarus. pos. 72, art. 10.
Populus vocantur Prælati, Barones, Nobiles, plebs, ignobiles. *part. 2, tit. 4.*
Portiones fratrum à fratre indiviso, vel filiorum à patre venditæ vel impignoratæ, cõmuni æstimatione recuperantur.
part. 1, tit 61.
Posteritates dicuntur omnes legitimi parentum successores. *part. 1, tit. 17.*
Possessio duplicem habet significationem, primo significat dominium, & usum alicujus rei, secundò villam seu pagum.
prat. 1, tit. 24.
Possessionarium jus comprehendit omnia bona immobilia. *Ibidem.*
Possessiones sub inclusionibus aliquarum literarum metalium existentium, virtute earum literarum à possessore non auferũtur. *part. 1, tit. 58.*
Potẽtiæ novæ patrator coram Rege repertus, respondere tenetur. *Alb: art. 30.*
Potentiæ majoris pœna capitalis sententia.
part: 2, tit: 55
Potentiæ majoris actus, sunt hi invasio domorum Nobilium, ocupatio bonorum detentio, verberatio, vulneratio, interemptio Nobilium. *Matt: maj. art: 18. Vlad: maj. ar. 56, & min: 8.*
Potentiæ majoris actus extra omnes terminos judicentur. *Vlad. min. ar. 8. ad min: art: 12.*
In tribus octavis terminentur. Matth: maj: art: 7, ibidem art: 19.
Potentiæ minoris actus sunt, illatio damnorum injuriam, & similia, onus vel pœna floreni 100 inter judicem & actorem dividendi, ac damnorum, expẽsarumq; (ut decretum Ladislai habet) refusio.
Vlad: maj. art. 55. part. 2. tit. 67.
Potentiæ minoris onus solvere non volens, capitur non obstante libertate nobilitari, & quindecim diebus à judice tentus, datur actori, cui serviet donec satisfaciat.
part. 2, tit. 68.
Potentiarios actus sibi objectos, qui affirmat se cõmisisse, rationem debet dare cur commiserit, alioquin succumbet, negans dicere potest, se tum in eo loco non fuisse.
part. 2, tit. 82.
Potentiariorum, actuum ratione evocationes, vide supra evocatio.
Pœnæ indebitæ actionis partes judici tertia actori cedit. *Tyr. 47, art. 24.*
Pœna actus minoris potentiæ, media judici, dimidia actori. *Vlad. maj: art. 55.*
Prædatores milites licet cuilibet de bonis suis ejicere. *pos. 42, ar. 51.*
Prædicatores duo ex singulis monasteriis ad castra mittantur. *Zol: 42. art: 41.*
Prædiales Ecclesiarum, taxam Regiam non solvant. *pos. 67, art. 14.*
Prælatorum homagium marce, 100.
part. 1, tit. 2.
Prælatus cum capitulo suo vel conventu simul condemnatur pro patratis ex bonis eorum communibus, ex diversis autem separatis, *part. 2, tit. 49.*
Prælatus cum capitulo suo vel conventu indivisus, suo juramento expurgat etiam Capitulum vel conventum, divisus non. *Ibidem.*
Prælati novi annuam prorogationem habent in

in suis causis, ratione jurium possessionariorũ, & productionis literalium instrumentorum, in aliis non. part. 2, tit. 50.

Prælati ob delicta prædecessorum suorum non evocatorum, cum eandem tenerent prælaturã, non puniuntur; excepta causa violentæ occupationis bonorum, si & successores ea detinent. part. 2, tit. 51.

Prælati pro delictis suis non perdũt bona Ecclesiarum suarum, sed patrimonia tantum, & emendæ capitis subjacent. part. 2, tit. 44, & 51.

Prælatorum & Baronum absentia non obstante, judicia in tabula, procedant, appellationes non. poson: 66. art. 22.

Præpositi infulati juramentum æquiparatur juramento decem nobilium. part. 2, tit. 40.

Præsbyter non beneficiatus, arma ferens, captus tradatur Prælato. Vlad: 7, art. 60.

De Præsbyteris, vide in voce, clerici.

Præscribitur jus Regium annis centum. part. 1, tit. 23, 78.

Præscriptio allegatur ratione bonorum possessionariorum, & impignoratitiorum, item actuum potentionariorum. part. 1. tit. 78.

Præscriptio est termini ad juridicam tum retentionem, tum re acquisitionem bonorum, de jure statutis temporibus completio, in bonis regalibus annis centum, bonis Ecclesiarum 40, nobilium 32, civium olim 12, nunc civium, & villanorum unius anni, & diei curriculis completur in actibus quoq; potentionariis annis 32. part. 1, tit. 78.

Præscriptio non fit contra filium, ex pietate patrem in exilium secutum, quam diu ibi est. parte 1, tit: 79.

Præscriptio non currit post mortem Ludovici per annos quindecim menses sex, disturbiorum temporibus. Zol: 42, art. 22.

Præscriptio interumpitur prohibitione. parte 1, tit. 79.

Præscribitur lis mota, & non continuata annorum triginta duorum spacio, poterit tamen reincipi. Ibidem.

Præscriptio non procedit contra captum ab hostibus. parte 1, tit. 56, 79.

Præscriptio non fit in bonis impignoraticiis respectu impignorantis, nisi forte post impignorationem denuo, jure perpetuo impignorans, eadem bona eidem obligaverit. parte 1, tit. 78, 82.

Præscriptio non fit in motis rectificandis. part. 1, tit. 78, 84, 85.

Principes nec nocentibus debent parcere, nec innocentes damnare. prol. tit. 6.

Principi non servanti eorum privilegia, nobiles impunè possunt rebellare. parte 1, tit. 9.

Princeps habet plenariam potestatem nobilitandi, & possessiones conferendi. parte 1, tit. 3, 10.

De principe vide plura infra, Rex.

Prior Aurana, occasione castitatis, & quod non in majori onere, quam ipsi ecclesiastici in facto majoris potentiæ condemnatur. Prælatus in aliis, Baronibus æquiparatur. part. 2, tit. 54.

Privilegium est lex privata, & singularis, quæ ad unum, vel paucos pertinet, aut est Principis beneficium, contra jus commune indultum, & est duplex, generale

& speciale. parte 2, tit. 7.
Privilegium generale perpetuum est speciale extinguitur cum personis. Ibidem.
Privilegium tollitur per decretum, habens mentionem ejus derogatoriam expresse. parte 2, tit. 8.
Privilegia liberarum civitatum de non solutione nonarum in terris aliorum, abrogata sunt. Ibidem.
Privilegium illud valet, quod datum est ex ordinaria principis potestate, & non præjudicat alijs. parte 2, tit: 9.
Privilegium juribus aliorum duobus modis præjudicat, ratione temporis, & loci. part: 2, tit. 10.
Privilegium non ordinarium Regis potestate & contra decreta, ac communes libertates regni collatum, non valet. parte 2, tit. 11.
Privilegium perdit, qui ipse etiam facit cõtra illud, qui non utitur eo debito tempore, qui incurrit crimen læsæ Majestatis, & notam infidelitatis. Item invalidum est privilegium in damnum enorme alterius datum. Item, contra quod judicatum est, esse invalidum. Item invalidatur per expressam renunciationem. Item per posteriº derogatur eidem personæ collatum. Item per revocationem Principis, ex causis rationabilibus. parte 2, tit. 12.
Privilegia quorum Regum serventur, vel non serventur. part: 2, tit. 14.
Privilegia cum clausula, (de cujus vel quorum notitia &c.) sublata sunt. part. 2, tit. 16.
Privilegia falsa conficientium Capitularium, rum, vel judicum Regni ordinaria pœna. Vide supra Capitulares, & judices.
Privilegiis perditis, succedit probatio per Nobiles. Matt maj. art. 71.
Probatio expulsionis de bonis pignoratitiis non recipitur, ultra annum sexagesimum part. 1, tit. 82.
Proclamata congregatio aboletur. Matt: maj. art. 2. Vlad: maj. art. 36.
Procuratoriæ literæ in foro spirituali singulis annis renoventur. pos. 78, art. 17.
Procuratores debent esse jurati. pos. 67. art. 27.
Relaxatur hoc eis. pos. 74, art. 34.
Procuratores constituere possunt Nobiles fœminæ, extra loca capitularia, coram duobus capitularibus. Vlad: maj art. 97.
Procuratores possunt constitui in sede comitatus in causis ibidem agitandis. pos. 63, art: 53.
Procuratores possunt ad totum tempº absentiæ constituere, qui diu abesse debent. Vlad: in 5. art. 14.
Procuratores non sedeant cum Vicariis in judicio. Vlad: ad min. art. 35.
Procurator & Judex, vel homo Regius in eadem causa qui fuerit, homagium solvit. part. 2, tit. 22.
Procuratorum inanes, & frustraneas cavillationes, judices, secundùm suam conscientiam, amputent. pos. 63, art. 49.
Procurator unus 14 tantum personarum causas assumat. Matt: maj.art: 69.
Procuratoris revocatio lite pendente fit. part. 2, tit. 79.
Etiam post communem inquisitionem. pos. 50. art. 56.

Pro-

Procuratores externi ne tolerentur in sedib⁹ Ecclesiasticis, neq; in civitatib⁹, ubi sunt judices spirituales. pos. 69, art. 41.

Procuratoris revocatio quid sit, & quod fit coram judice, aut ejus homine ad hoc dato. parte 2, tit. 79.

Procuratoris revocatio in longis causis fit ante sententiam, in brevibus etiam post. Vlad: admin. art. 15. part: 2, tit. 80.

Procuratoris revocatio errorem præsupponit. Ibidem.

Procuratoris revocatio eodem die, quo sententia lata est, sine onere, elapso eo, sub iisdem Octavis aut brevib⁹ judiciis, (postrema die excepta) cũ minoris sex marcarum onere, in alio verò termino cum 50. marcis homagialibus fit. Vlad. admin. art. 15. part: 2, tit: 81.

Procuratoris fassio obligans aliquem ad 50. marcas gravis põderis, quolibet titulo revocatur sine gratia. Ibidem.

Procuratoris revocatio in brevibus causis, post ultimam sententiam expiratis Octavis, vel termino brevium judiciorum per gratiam Principis vigore novi judicij fit. Ibidem.

Procurator revocatur in comitatu florenis tribus antè, & post sententiam duplicatur hoc onus, post remissionem causæ ex curia si ibi approbata est sententia comitatus. part. 3, tit. 6.

Proditio fraterni sanguinis, & ejus pœna. Vide supra; fraterni sanguinis.

Proficiscentium ad dietam, seu judicia, occisores nota infidelitatis feriuntur. part. 1, tit. 14.

Prohibitio personalis, ratione indebitæ, & potentionariæ detentionis jurium possessionariorum vim evocatoriam, cum insinuatione habet. part. 2, tit. 20.

Prohibitio trina in processu causarum, nulla facta responsione, non admittitur; sed prohiberi potest ex responsione facta deliberatio ter, sine onere, quartò autem cum onere; eodem tamen die quo deliberatio fit. Et ante sex ultimos Octavæ dies, tunc enim nulla potest fieri prohibitio. pos. 50, art. 52.

Proprietas non aufertur ab hæredibus per bonorum obligationem. part. 1, tit. 27.

Proles, fily & filiæ, exclusis posthumis, dicũtur. part. 1, tit. 17.

Prorogatio annualis pupillorum, & novorũ prælatorum. part: 2, tit. 50.

Prorogationes in causis ex constitutionibus Novizoliensibus adjudicandum non servantur. pos. 42, art. 32. pos. 45, ar. 31.

Prorogationes à Rege concessæ, suffragantur his tantum, qui aut in confinibus castra tenent, & specialiter in Regno Boszne, aut sunt in bello, aut versantur in legationibus Regis & regni extra patriam qui verò sub his titulis falsò sibi acquirunt prorogationes, in lingua emenda convincuntur. Matt: in art: 67. Matt: 89. Vlad: maj. 71. ad maj. 14.

Prorogationes quando dantur fratribus indivisis pluribus, si aliqui eorum sunt in bello, & major domi, non observatur: si autem divisis pro parte absentium, ex causis proximè expositis, observantur. Alb: 3.33. Matt: in ar: 8. maj. 7 Vlad: in maj. art. 71.

Pro-

Proventuum regiorum occupatores, & turbatores, intra & extra regnum sine processu juridico, Rex puniat. pos. 46, a. 25

Pruk Civitati Austriæ permittitur emptio ab hæredibus Jacobi Stumpa, curiæ Nobilitaris in possessione Nyulas, & prædij Nandorff, in comitatu Mosovienſi, cum hac conditione; vt cum regnicolis eorum onera ferant, & juribus regni ſtent. poſon. 56, art. 44.

Publicam ad querelam violentos oppressores nobilium, & plebis, ſine juridico processu, intra & extra regnum Rex puniat. poſ. 46. art. 25.

Publicarum constitutionum violatores tàm intra quàm extra Regnum punit Rex. poſ. 46, art. 26.

Puellæ ſub tutela ſunt, antequàm nupſerint. part. 1, tit. 112.

Puerum illegitimæ ætatis citans, in homagio evocati, condemnatur. part. 2, tit. 23.

Puellæ in capillis exiſtentes faßiones facere non poſſunt, nec admittuntur ad tutelam fratrum minoris ætatis. part. 1, tit. 91.

Puellæ in capillis à patribus decedentibus remanentes, quomodo maneant in domo paterna, & qualiter emaritentur.

Vide ſupra filiæ, & defectus ſeminis.

Pupilli ubi ad legitimam ætatem pervenerint, poſſunt accuſare tutores ſuſpectos. part. 1, tit. 124.

Pupilli legitimæ ætatis procuratores conſtituere, & faßiones facere, non niſi conſenſu & ſcitu tutorum poſſunt. par. 1, t. 126

Pupilli poſſunt, vigore reviſionalium, revocare faßiones, infra ætatem perfectam, à ſe inconſultè factas. part: 1, tit. 128.

Pupilli infra legitimam ætatem non tenentur cuiquam contra ſe agenti reſpondere; præterquàm in cauſis tempore patrum motis. part. 1, tit. 129.

Pupillis juramẽtum adjudicatum differtur ad ætatem legitimam. part. 1, tit. 130.

Pupilli illegitimæ ætatis tenentur reſpondere ob contradictionem eorum nomine factam evocati. part. 1, tit. 131.

Pupillorum illegitimæ ætatis evocatores, eorum homagius condemnantur. part. 1, tit. 132.

Pupilli etiam legitimæ ætatis, à morte ſuorũ patrum, in cauſis ratione juris poſſeſſionarij, & productionis literarum motis, habeant annuam prorogationem. part: 2, tit. 50.

Purgatio civium in cauſis debitorum proprio tantum juramento fit. part: 3, tit. 17

Q

Quartalitium eſt jus Poſſeſſionarium puellis, & mulieribus, de bonis paternis redemptibilis lege, deputatum. part. 1, tit. 88.

Quartalitium non habẽt puellæ in bonis fratris collateralis pecuniis emptis. part. 1. tit. 17.

Quarta puellaris filiæ ex fratrum conſenſu impoſſeſſionato nuptæ, in bonis redditur, alias in pecuniis. parte 1. 29.

Quarta puellaris non rebus venalibus, ſed paratis pecuniis ſolvitur, & ſemel tantum, ſive una ſit puella, ſive plures. parte 1, tit. 89:

Quartalicium una filiarum recipiente, licet alteri experiri jure, an bona illa ſequantur jus fœmineum. part. 1. tit. 90.

Quarta puellaris qualiter æstimetur, vide æstimatio.

Quarta, & dos de eisdem bonis, respectu diversarum personarum, simul quæri potest, part. 1. tit. 97.

Quartaliciorum & dotum solutio equis equatialibus potest fieri, ne hæreditates alienentur. part. 1, tit. 11.

Quartalicium tollere quomodo sit monenda fœmina & si non tollit, qualiter procedendum contra eã, vide supra fœmina.

De quarta puellari, vide plura in verbis: filia & fœmina.

Querelam ad simplicem Rex neminem impediat. And: art. 2. Matt: 2. in art. 18 Matt. 3. ar. 10. Vlad: maj. art. 11. 12

R

Rectores populi lædens, tanquam pro Publico crimine accusatur ab omnibus prolog. tit. 1.

Religionis in negotio Episcopi per se vicarios, & Archidiaconos, aliosq; sacerdotes per suas diœceses officium suum faciant, & liberè exerceant. poson: 50. art: 12. 13. pos. 48. art. 5.

Religionis in negotium seculares, etiam hiqui plus aliis possunt nullo modo se intromitantur verum semota omni disputatione, Episcopis, & ab eis missis obediant, & de rebus controversis expectent concilij determinantionem. pos. 50. art. 16.

Religionis in negotio (præsertim quando Archidiaconi, & Vicarij Prælatorum idiotas & non legitimos concionatores prohibere, aut de bonis aliquorum ejicere volunt.) domini terrestres non solum non impediant; sed etiam adjuvent ecclesiasticos, contrarium facientes ad primam monitionem Regiæ Majestatis, vel locum tenentis comparere tentantur, & puniantur. pos. 48. art. 10.

Religiosi reformentur per Episcopos, S. Ladisl: lib. 1, art, 21. Matt: maj. art. 12.

Repulsio in sede judiciaria regiæ Majestatis valet florenis 72, in comitatu valet florenis 36. part. 2, tit. 73.

Repulsio est partis in causa triũphantis, per alteram in causa succumbentem, ab exequutione latæ per judicem sententiæ violenta quædam propulsio. part. 2, tit. 37.

Repulsionis pœna florenis 72. si autem secundò fiat, notam infert repellenti. Matt: maj. art. 16. Vlad: maj. ar. 57. in quinto art: 4. part: 2, tit. 73, & 52.

Repulsione turbans communem inquisitionem, vel oculatam revisionem, in facto minoris potentiæ, & amissione causæ condemnatur, Matt: maj. art. 16. Vlad: ad maj. art. 57.

Repulsionem sine gentibus, ostensione evaginati gladij, facere oportet, & actor contra repulsionem in possessione obtẽta se locans, & è converso reus, cum gentibus ab ingressu talis possessionis actorem repellens; in ejusmodi amissione jure convincitur. Vlad: ad min. art. 19.

Repulsio agitur ostensione qualiscunq; teli, vel instrumenti ad lædendum apti. part. 2, tit. 74.

In repulsione, vicini, & commetanei necessario requirantur, eorumq; ut nomina sunt testes esse factam repulsionem, nec Regium, & capitularem hominem id falso re-

tulliſſe. Vlad: ad. min. art. 18. & part. 2. tit. 74.

Repulſionem facit etiam is, qui in cauſa non ſuccumbit, & quidem ſine onere, ſi triumphans vigore ſententiæ vult ſe ſtatuere in aliquam poſſeſſionem quam non in cauſa ſuccumbens, ſed alius habet prædecessoribus; & id ferrè ſolet evenire, quando pro aliqua arce litigatur. Sed ex pertinentiis illius, aliqua pars diu ad alias manus legitimo aliquo titulo, pervenerat, & nunc obtenta arce, etiam illam patrem reſtituere nititur victor. Item ſi hæreditatem, & proprietatem alicujus juris poſſeſſionarij quiſpiam pro ſe obtinuit, quod titulo pignoris apud aliquem in cauſa non ſuccumbentem habetur; tunc ei a ſi triumphans ſimpliciter, abſq; ſolutione pecuniæ, occupare nititur, jus, hujusmodi poſſeſſorem repellere poteſt. part. 2, tit. 77.

Repulſio, inhibitio, contradictio non admittitur in cauſis bonorum occupatorum, vigore novarum conſtitutionum motis. Poſ. 52, art. 27. Zol. 42, art. 7. poſ. 42, art. 40.

Reſtantiæ ab anno 59. uſq; annum 67. in poſſeſſionibus, quæ per Tartaros, aut alios hoſtes, ſeu Regis exercitum deſolatæ non ſunt ſolvantur. poſ. 67, art. 16.

Retractatio, ſeu revocatio faſſionis, vide ſupra faſſio.

Reviſio oculata, vide ſupra oculata. Qui celebretur, cujuſq; ſit virtutis. par. 2 t. 41.

Reviſio metarum fit inter Vngariam & Auſtriam, & ibi & Vngaria nominati poſ. 74, item poſ. 75 a. 5. item 69. art. 42

Reus qui dicatur. prolog: tit. 13.

Reus ſuccumbens in juramentali depoſitione ſibi ratione occultatarum literarum impoſita, efficitur evictor actoris in bonis, quæ concernebant illæ literæ: prætextu verò metarum ſi deficit, terras litigioſas actor habebit. part. 2, tit. 36.

Reus quando cunq; deficit in juramentali depoſitione; actor triumphat. Ibidem.

Rei, ſeu in cauſam attracti quasdam conditiones, vide in voce actor.

Rex ſuccedit in bonis Nobilium, ſine hæredè decedentium part. 1, tit. 10.

Rex ſuccedit Prælatis, & Eccleſiaſticis in ſuis beneficiis, quantum ad collationem tantum. Ibidem.

Rex bonorum ad ſe devolutorum poſſeſſionem adeat, modo, & ordine divorum Regum, tempore obſervato. poſ. 50, art. 76.

Rex confert eccleſiaſtica beneficia in hoc regno. part. 1. tit. 11.

Rex, quomodo vult, diſponit de bonis in ſemine deficiente. par: 1. tit. 13.

Rex, & populus ſimul condunt leges. part. 2, tit. 3.

Rex legibus ſubjectus, quas condidit. part. 2, tit. 5.

Rex neq; capitalem pœnam in judicio incurrit, neq; emendam capitis, nec in amiſſione honorum condemnatur nec juramentum per ſe, ſed per Directorem deponit, nec literas producit; licet omnibus coram Palatino reſpondere teneatur, & refundit damna per ſuos officiales, & Iobagiones facta. part. 2, tit. 39.

Rex dat exercitum ſolutum in Hungaria, qui ſufficiat non ſolum ad reliquias Regni defen-

defendas; sed etiam ad reprimendos rerebelles. Pos. 46, art. 19. & 43. ar. 8.
Rex habet plenariam potestatem nobilitandi, & possessiones conferendi.
part. 1, tit. 3. & 10.
Rex extra, & intra Regnum sine processu juris punire potest publicarum constitutionum violatores, proventuum, regiorum, contributionum subsidiorumq3 direptores, Ecclesiarum Dei, & decimarum privata authoritate ablatores nobilium, & miserae plebis oppressores homicidas, & id genus alios malefactores publicos, de quibus est publica quarela.
Poson. 46, art. 25. Vlad: maj: art: 67.
Rex Hungaros habeat consiliarios, & omnes officiales, Vide supra externi.
Rex successor, sine haeredibus morientium. Col. art. 17, 18. Zol. art. 8. par. 1, t. 10.
Rex aliena bona, si quae habet in manibus, restituat his ad quos pertinent. Zol. 42.
art. 8, Poson. 45, art. 16.
Rex, vel filius in Hungaria maneat.
Pos: 52. art. 33.
Rex perpetuo non potest alienari regalia jura etiam cum consilio. Al: art. 16.
Regis equi non pascantur in partis nobilium absq3 eorum consensu. And: art. 16.
Regis ministri in synodo judicentur.
Col: art. 7, 9.
Regis Tricesimatores, & alij officiales tam Hungari, quam externi pareant legibus regni, in literis Cancellaria Hungarica datis, nec se referant ad Cumerarios Germanos, sed subsint camerae Hungar. Poson: 59, art 9. poson. 56. artt. 37.
Pos. 55, art. 16.
Reges quorum privilegia servantur.
part. 2, tit. 14.
Rege mortuo, arma sumens, vel turbans pacem, notam incurit. Vlad: maj. ar. 10.
Regales census reddere nolentes, cogantur per Comitem, sub poena trium marcarum.
Sig: maj. art. 8. Vlad: maj. art. 26.
Regales proventus sunt isti, Tricesimae, Lucrum Camerae, montana, Vrburae, monetarum cusis, salium fodinae, mardurinae; quinquagesimae, vigesimae. Alb. art. 45.
Vlad: maj. art. 26. in 6 art. 4.
Regales Civitates, Buda, Pesth, Cassovia, Posonium Tyrnavia, Barthffa, Eperies, Sopronium, quae vocantur liberae. Item vetus Buda, Strigonium, Alba regia, Leucsovia, Szakolcza, Cibinium, Szegedinum, Item Comani, & Philistei omnes sunt Regis. Item Vvyssegrad, cum duabus insulis, Chepel, & Ros. Item Schemnicia, Cremnicia, Bistricia, Zolium, rivulus dominarum, eum aliis civitatibus montanis Castrum Hvvrth, cum quinq3 civitatibus, Castra, Munkács, Diosgyör, in Transylvania Saxones Regij, Kolosvár, & c. Vlad. in 7. art. 4.
Regales ad proventus nemo se intromittat.
Zol. 42. art. 43.
Regalium jurium donationes non confirmentur. Matth. in art. 21.
Regalia jura, qualitercunq3 alienata, remittantur. Vlad: 6. ar. 1. 2. 3.
Regius homo, tempore reversionis ab exequutione juret, & qui falsè processerit, in facto perjurij amissione capitis, & omnium honorum convincatur.
Sig: maj. art. 12.

Regius homo, tempore reversionis ab exequutione juret, & qui falsè processerit, in facto perjurij amissione capitis, & omnium bonorum convincatur. *Sig: maj: art. 12.*

Regius homo in literis notatus, exequi nolens, tres marcas solvat Comiti. *Sig: maj. art. 13.*

Regius homo debet esse de eodem Comitatu, in quo fit exequtio. *Lud: 1, art: 22.*

Regius homo, & procurator in eadem causa in homagio damnatur. *part. 2, tit. 22.*

Regia ulna. *part: 1, tit. 133.*

Regium nomen per donatarium litibus, ratione donatæ rei motis non immisceatur. *Lud: 1, art. 14. Vlad: maj. art. 61.*

Regium, vel palatinalem, & capitularem hominem criminans, falsam relationem feciſſe; poterit eos jure convincere, per hoc tamen causa principalis non retardatur. *part. 2, tit. 74.*

Romam nemo litigaturus adeat, in prima instantia. *Matt: maj. art: 47, 48. Vlad: maj. art. 47. min: art: 63.*

Rudolphus Austriacus postulatur in Regem Pos. 72, art: 2.

Coronatur 73, die 25 Sept. Pos. 73, ar. 1.

Rudolphi Imperatoris prima Dieta, anno 1578, Pos.

Rueber Joan: creatus in Ung: Pos. anni 72. art. 10.

Rustici rarò admittuntur in testes contra Nobiles, & non, nisi partibus consentientibus. *part. 2, tit. 27.*

Rustici juramentum penes Nobilem, contra Nobilem non valet, penes Nobilem contra ignobilem, vel penes ignobilem contra Nobilem, Nobilem, ratione debitorum, & similium negotiorum valet. *part. 2, tit. 33.*

Rusticus actor, ad unum conjuratorem tres, ad unum florenum jurant in Transylvania. *part: 3, tit. 3.*

Rustico æqualiter succedunt filij, & filiæ in capillis existentes emaritatæ cum honestate, de avitis tantum accipiunt portionem, de acquisitis non. *part. 3, tit. 29.*

Rustici testati uxor partem accipit de bonis illius, stante conjugio de acquisitis; intestati succedit in omnibus simul acquisitis. *Ibidem.*

Rustici uxor secunda, & filij ex ea nati non accipiunt partem de portione filij, ex proxima uxore procreati; si us cum patre fuerit divisus. *Ibidem.*

Rusticus hæredibus carens, testatur de mobilibus, & de medietate immobilium, medietas ad dominum devolvitur; si verò intestatus decesserit, dominum habebit in omnibus successorem, qui providebit ei de sepultura, & solvet ejus debita. *part. 3, tit. 30.*

Rustici variæ sunt conditionis, & perdiderunt libertatem tempore belli crucigerorum. *part. 3. tit. 25. Vlad: 6. art. 67.*

Rustici in prima instantia conveniunt coram solis dominis terrestribus, qui si justitiam administrare voluerint, citantur ad Comitem, prater quam in causis spiritualibus, part. 3, tit. 25. Sig: min. art. 8.

Rusticorum ex parte dominus terrestris coram uno, vel duobus judicibus Nobilium judicium facit. *part. 3, tit. 25.*

Rusticorum ex parte non ad simplicem querelam aliquorum, sed veridice, hoc est, per

per evocationem requisiti, tenentur justitiam facere domini terrestres.
part. 3, tit. 26.

Rusticos statuere citatus dominus terrestris, ita vt & ipse cum illis cõpareat, si nec ipse comparet, nec rustici, dominus in tribus rusticorum, singulis in una marca multantur, & præterea in causa principali succumbunt; ita, vt si ad curiam Regiam fuit facta citatio, in facto majoris potẽtiæ dominus, & statuti perdunt bona, & caput, in facto minoris potentiæ sive in curia, sive in Comitatu dominus in centũ florenis, statui commissi singuli in suis homagiis condemnantur, & eam in majori potentia, supra centum florenos comitat° non gravet: Ibidem.

Rusticus ad primitias, & nuptias subsidium tollerabile præstat. pos. 48. 39.

Rusticorum ex parte judicium facere promittens dominus, in facie possessionis, ubi illi resident, judicat in termino per judicem ordinarium assignato, & si terminum primum neglexerit, pro singulis statui commissis, in tribus marcis, pro duabus judici, & pro tertia parte adversario persolvendis condemnantur, si secundum (in causa majoris potentiæ) status jussi, omnia bona mobilia, & immobilia, & caput perdunt, ita quod bona inter partem, & judicem distribuũtur, modo præmisso.
part: 3, tit: 26.

Rusticorum ex parte quando dominus terrestris justitiam impendit, si fuerit in capitali condemnati, ipse duas bonorum partes, tanquam judex accipit, tertiam adversæ parti, una cum capite convicti, da-

re tenebitur, sub pœna homagy condemnati. Ibidem.

Rusticus condemnatus nullas res habẽs quomodo rependit damna aut debita.
Vide supra damna.

Rusticus hæredi minori potest testamẽtaliter alium hæredem substituere, & valet substitutio, si hæres ante duodecimũ annum ætatis decedit, aliter non. part. 3, tit. 30.

Rustic° non habet perpetuitatem in suis hæreditatibus, sed dominus. Ibidem.

Rusticus cum nobili per se litigare non potest.
Ibidem tit: 31.

Rusticus inventus succidere, vel decorticare sylvam alienam, perdit res, quas secum habet, & in homagio convincitur.
part 3, tit. 33.

Rusticis juramenta sic imponuntur, quando coloni statui commissi, ad judicium domini terrestris remittũtur, & actor Nobilis in judicio domini trinas literas inquisitorias producit: si simpliciter negãt, rei actionem singulis quadragesimo. Si binas inquisitorias exhibeat, vigesimo. Si unas decimo se, sin similibus, purgatio adjudicatur. Si verò & actor, & reus sunt ignobiles, servatur loci consvetudo, si post inquisitorias ab actore exhibitas in causa attracti actionem negantes vicinorum testimonio, aut alio probabili documento se innocentes ostendere voluerint. Et actor id acceptare nolens simpliciter juxta inquisitorem voluerit: justitiam administrari: media pars juramenti de falcatur reis, & hoc in civilibus, nam in criminalibus, quando ad caput malefactoris juratur, criminis qualitas ponderatur.
part. 3, tit. 27. Rusti-

Rustici regales, seu cives, coram suo judice in prima, in secunda instantia Magistro Tavernicorum conveniuntur.

Sig: min. art. 12.

Rusticis libertas transmigrandi de loco in locum intra tamen, & non extra Regnum, reddita est, anno 1556, in qua hic ordo servari debet, ad requisitionem domini vel Nobilis, ad cujus bona rusticus transmigrare vult: Judex Nobilium & juratus nobilis illius comitatus, in quo tunc idem rusticus residet, ad faciem loci de quo discedere cogitat, accedat, coram quibus terragium 2 den: judici ejusdem loci deponẽs, significet de suo discessu, quo facto, Judex Nobilium præfigat decimũ quintum diem & sub hoc termino deliberet rusticus, an omnino discedere velit aut remanere. Si perstiterit in voluntate discedendi, infra prædictum 15, dierũ terminũ priori domino, colonusq3, & servitoribus ejus, si quid debet, vel si quid contra eos deliquit, satisfaciat, domumquoq3 suam, si desolavit, ædificet. Alioquin ipso 15, die judicialium, & juratis ex parte ejus de prædictis, de omnibº quoq3 maleficiis, de quibus fortè accusaretur satisfactionem plenam impendent, atq3 sic Rusticum cum omnibus bonis ad locum, quo ire vult, migrare permittent. Si qua partium judicis Nobilium, & jurati judicio contenta esse non vult; potest ad sedem comitatus appellare, sed hinc ultra non. Rerum deliberatione comitatus debent esse partes contentæ, si rusticum dominº prior in libertate tenuit ante trãsmigrationem, debet antequã trãsmigret, omnia solvere domino quæ occasione libertatis non solvit, contributiones quoq3 Regias, & in medium Comitatus usq3 ad sequentem connumerationem debita solvere debebit. Pos. 56, ar: 28.

Rusticus migrans, domum suam emptam vel per ipsum ædificatam, cum suis pertinentiis, usq3 ad diem transmigrationis, potest vendere, vel in eam alium rusticum collocare; si usq3 transmigrationem id non facit, relinquitur domus domino terrestri, vineas, terras, prata, non ad sessionem pertinentia, sed extirpantia, aut aliter empta, vel hæreditaria, etiam post migrationem poterit possidere: proventus tamen domino terrestri priori, ratione earum persolvat, si tamen volet, poterit dominus terrestris per æstimationem hæc à colono ad se recipere. Pos. 56. art. 29.

Rusticum legitimè migrare volentem temerè retinens, pro primo termino, per Judices Nobilium assignato in florenis 100. pro secundo 200. pro tertio in amissione possessionis, vel loci, unde non permisit migrare, convincitur, si tamen amissa bona poterunt ij redimere, quorum interest.

Poson. 56, art. 30.

Rusticº præmissus in transmigratione observandis, non observatis alio discedens, perdit omnia bona mobilia, & immobilia, quæ in dominum devolvuntur, & nihilominus repetitur medio judicium Nobilium, & jurati; qui si per eum, ad cujus bona discessit, non restituitur, in tribus terminis, per eosdem Judices Nobilium & juratum assignandis, incurrit pœnas in proximo articulo denotatas.

Pos. 56, art. 31.

Ruſtici quoq; regij poſſunt, obſervatis obſervandis, migrare eodem modo, ut aliorum coloni. Ibidem.

Ruſtici qui ante hanc de tranſmigratione conſtitutionem migrarunt, vel redire ad priorem locũ, prout libet, ſi tamen priori domino damnum intulerunt, modernus dominus, ex parte eorum debet coram uno judice Nobilium, & jurato judicium facere. Poſon. 56, art. 32.

Ruſtici ex Hungaria in Auſtriam, & Moraviam, & contra fugientes, reſtituatur prioribus dominis. Poſon: 72. art. 29.

Ruſtici ab una porta, tempus ſex dierum gratuitas operas debebunt præſtare ad arces finitimas. Poſ. 57, art. 6.

Poſtea dierum 12. Poſ. 67, art. 17.

Poſon: 69. art: 19. Poſon. 74, art. 5.

Ruſtici ad labores gratuitos non cogantur tempore meſis, & vindemiæ. Poſ. 57. art. 6.

Ruſticos ad labores mittere nolens, dominus, dum requiritur, trium marcarum birſagio mulctetur, per Comitem, aut vicecomitem toties, quoties. Poſ. 63, art. 20.

Ruſticorum ad labores in expeditione, & in exactione birſagij, à non mittentibus negligens Vice-comes amittit officium, & convincitur in flor: 50. Poſ 63, art: 20.

Ruſticorum domini, aut alij quicunq; ſeſe opponentes Vice comitibus in expeditione colonorum, ad labores, aut exactiones birſagij, à non mittentibus, incurrunt pœnam in turbatores exequtionum ſtatutas Ibidem.

Ruſticos cogere ad labores, aut à non mittentibus birſagium exigere ſi non valeret Vice-Vice-comes, Comitis auxilium, ſi neq; ille, Capitanei requirant, & is teneatur illum adjuvare. Ibidem.

Ruſticorum à locis finitimis longiùs diſtantium labores poſſunt redimi pecuniis; quibus alij laboratores loco eorum conducantur. Si autem Vice-comes, aut Capitaneus ad cujus manus talis pecunia datur partem ejus aliquam pro ſe reſervaſſe cõpertus fuerit, primò quintuplum, ſecundò duplum furatæ pecuniæ reddere cogatur, tertiò, ut fur capitis pœnam ſubeat. Poſ. 63, art. 21.

Ruſticorum labores, aliò, quàm ſtatutum eſt, convertens Capitaneus, convincitur in mille florenis, pro media partè fiſco, & pro alia medietate ei, cujus coloni fuerint de ſuo ſtipendio, vel per occupationem bonorum de facto exigendis. Poſ. 67, art. 18.

Ruſtici in Chyallokõz habitantes, mediam partem laborum ad aggerum Danubij reparationem impendant. Poſ. 69, art. 21.

Ruſticis liceat labores præſtare, vel redimere decem nummis, pro uno die, vecturam unius currus cum equis duobus den: 40, cum duobus bobus den: 20, & ſic conſequenter. Poſ. 54, art. 7.

Ruſtici Archiepiſcopi Strigonienſis, & ejus Capituli laborent ad Uyvár. Poſ. 59, art. 27

Ruſtici prohibentur venari, & aucupium exercere. Vlad. 5. art. 18.

Ruſtici per potentiores non opprimantur. And. art. 13.

Ruſticus unus ſuo juramento flor: 1, ex debito, vel damno, vel mutuo, vel amiſſa pecunia, recuperat. part. 2, tit. 32.

Solvant tamen de prædiis, seu terris, quas vel emunt, vel aliter pro se usurpant, si prius de illis decimæ sunt solutæ.

Rutheni, & Rasciani, ac Valachi omnes liberi à decimis. Vide supra Decimæ.

S.

Salvi conductus violatores nota infidelitatis feriuntur. part: 1, tit. 14. Matt: 2. art: 27.

Sales extranei in regnum non introducãtur, ubi autem reperti fuerint, auferantur per dominum loci, vel possessionis; si autem is non abstulerit. Comes talem ejus possessionem pro Rege occupet. Sig: min. art. 20. Sig: 3. art. 8. Alb: a. 9 Matth: 2. art. 9.

Salium novæ Cameræ aboleantur. Vlad: min. art. 37.

Salium Cameræ restaurentur, & Rex possit in quorumcunq; bonis loca pro filialibus Cameris eligere. Pos. 48, art. 29.

Salibus Polonicis uti licet Comitatibus Turocz, Arva, Lyptho, item maritimis Sclavi uti possunt. Pos. 48, art. 29.

Sanguinis conjũctio sola efficit mutuam successionem. part. 1. tit. 47.

Scholares arma non deferant. Vlad: 7. art. 60.

Sclavi fugitivi, qui redire volunt, remittantur ab his, in quorum bonis sunt, sub pœna in articulis migrationis colonorum contenta. Pos. 50, art: 72.

Sclavoniæ leges. part: 3, tit. 3.

Sæculares judices remittunt causas de foro spirituali, ad se transmissas, si cognoverint eas esse fori spiritualis. Vlad: maj: art: 46.

Sæculares etiam hi, qui plus cæteris posse videntur, sint subditi, & obedientes Episcopis, & ab eis missis in omnibus quæ ad religionem, vel cultum Dei spectant, semota contentione, & disputatione; neq; contra eorum doctrinam, quamvis ratione sese efferant; sed si quid in disputationem vocari posse videretur; id concilio reservetur dirimendum interim insistatur veteribus institutis ecclesiæ. Pos. 50, art. 16. Sop. 53, art. 9.

Sedem judiciariam violans, condemnatur in marcis 25. Sig: maj. art. 7. Matt: maj. art. 58. Vlad: art: 67.

Semen deficit, si masculi non supersunt, etiam filiabus superstitibus secus est in bonis utrumq; sexum concernentibus. part. 1, tit. 21.

Seminis defectus. Vide supra defectus.

Semine masculino carentis bona, qui ad se devoluta esse dicit, debet jura sua producere, infra anni revolutionem. part. 2, tit. 29.

Sententias latas, & ferendas Rex autoritate & brachio suo regali exequi faciat; nec patiatur perturbari executionem judiciorum. Pos, 46, art. 30.

Sententias quando possint exequi Capitanei, Vide supra Capitanei.

Sententia est judicis definitio causæ, & controversiæ finem imponens, condemnationemq;, vel absolutionem continens. part. 2, tit. 42.

differt ab opinione, tanquam certa à dubia. Ibidem.

quintuplex capitalis, emenda capitis, notæ simplex calumnia. Ibidem.

Senten-

Sententia capitalis, in casibus majoris potentiæ, & contra seculares masculinas personas cum solis secularibus litem habentes fertur. Ibidem.

Sententia emendæ capitis, hoc difert à capitali; quod persona condemnata nec capitur, nec supplicio afficitur, sed redimitur homagio; bona tamen amnia, ut in capitali redemptibiliter occupantur. Ibidem.

Sententia capitalis in quibusdam casibus, etiam contra fœminas fertur, si videlicet parentes, maritos, liberos occiderint, vel occidi fecerint. part. 2, tit. 43.

Sententia capitalis fertur contra ecclesiasticos in tribus casibus, crimine læsæ Majestatis, nota infidelitatis, deliberato homicidio. part. 2. tit. 44.

Sententiæ capitalis executio talis est, Condemnati bona occupantur, per sententiam ipse capitur, sed ab actore non detinetur, verum judici assignatur puniendus, judex triduo eum tenebit, sub quo si concordare non potest, occiditur, occiso eo, bona redduntur hæredibus. part: 2, tit. 55. Lud: art. 9. Matt: maj. art. 55. Vlad: maj. art. 74.

Sententiati de bonis, antè omnia, portio filiorum, & filiarum (si utrumq; sexum concernant, & fratrum indivisorum) exciditur, & tunc præcisè sola convicti portio assignatur judici, & adversario. part. 1, tit. 60.

Sententiæ antè decimum diem pronuntiationis earum non extra dentur per Prothonotarios. Pos. 45, art. 39.

Sententia inhiberi potest, quo die lata est, pos. 15, 50. art. 52.

Sententiæ inter Austriacos, & Hungaros diffinitæ pronuncientur. Pos. 55. art. 13.

Per sententiam in curia regia latam, bona intra ambitum solius Regni Hungariæ: non autem in partibus ei subjectis existentibus, amittuntur, excipitur nota infidelitatis, per quam perduntur omnia. parte 2, tit. 65.

Sententiæ, quæ non potuerunt exequi propter disturbia, maneant in suo vigore. Zol. 42. art, 23.

Sententiæ simplices sunt, quæ feruntur extra quinq; casus, in causis quæ ultra 100 florenos, & damnorum refusionem non se extendunt. parte 2, tit. 67.

Series servetur in causis levandis. Pos. 50. art. 51.

Servitor fugiens, non completo tempore sui servity, redditur domino, à quo fugit. S. Steph: lib. 2. cap: 21. S. Ladisl. lib. 3, cap: 2, 21. Matth: maj. art. 39.

Servitores occupatorum bonorum alienorũ, si restitutioni se se opponunt, & bonorum confiscatione, & in personis ubiq; puniantur. Zol: 42, art. 5.

Servitores, violatores, publicarum constitutionum, cum dominis deprehensi, bona perdunt, & in personis puniuntur. Pos. 46, art. 25.

Sexus fœmineus non habet portionem in bonis servitiis acquisitis. part. 1. tit. 18. nec in bonis fratrum pecuniis emptis. part. 1, tit. 17.

Sexus fœmineus per gratiam patri nota condemnato factam, restituitur ad successionem bonorum utrumq; sexum concernentium. parte 1, tit. 20.

Sexus fœmineus non habet portionem in bonis, quæ partim pro seruitiis, partim pro pecunia sunt collata; sed tantum recipit partem ex summa data pro illis bonis. parte 1, tit. 21.

Sexum fœmineum non cõcernere aliqua bona probatur solis literis originalibus, super acquisitione eorundem bonorum confectis, vel illis, non extantibus, juramento quinquagesimo se. part. 1, tit. 37.

Siculorum Transylvanorum leges. part. 3, tit. 4

Sigillum falsum qui sculpit, aut eo utitur nota feritur. part. 1, tit. 14. Vlad: ad maj. art. 14

Sigillum est notariorum signum, auro vel argento, vel cera impressum, corroborans omne factum, duplex, authẽticum & non authenticum. part. 2, tit. 13.

Sigillum authenticũ dicitur, quasi authoritatem habẽs, cui credi debeat, estq; Principum, judicum, ordinariorum capitulorum, & conventuum ac civium in factis coram eis vertentibus. Ibidem.

Sigillum non authenticum est cujuscunq; suum privatũ, sub quo Prælati, prior Auranæ, Comites liberi, & perpetui Rascia Despotus possunt constituere procuratores, aliy non. Ibidem.

Sigilla authentica habentes, & procuratores constituere, & omnes fasiones possunt celebrare sub illis. Ibidem.

Sigilla Capitulorum, & Conventuum desertorum ubiq; perquirat Rex: & apud se, vel suum Locumtenentem retineat. Posf 10. art. 6.

Sigillum proprium habeat quilibet Comitatus, quod servetur in arca sub sigillis Vicecomitum, & judicum nobilium; sub quo litera sententionales extra datæ debent habere subscriptiones Vicecomittis, & judicum nobilium qui scribere sciunt ac Notarij. Posf 50, art. 62.

Sylvæ circa vias per 200 cubitorum spacium resecentur. Poson. 48, art. 45.

Sylvæ omnium debent esse liberæ, ad finitimorum locorum munitionem; quæ proprias, & sufficientes sylvas non habent. Posf 63, art. 22.

Spoliatores ad nos à Turcis profugientium notam incurrunt. part: 1. tit. 14.

Spolium in bello captum Rex non auferat. Vide supra bellum.

Sponsa decedente ante carnalem copulam, res pro honore nuptiarum, aut tempore subarationis eis datas non recuperat sponsus; post copulam si decedat sine testamento, retineat eas sponsus. part. 1. tit. 100.

Statutum, est jus quoddam regni commune vim legis habens. Prol: tit. 8.

Statutum non valet contra jus Canonicum, si sit contra libertatem Ecclesiarum, aut animæ salutem non tollit, sed interpretatur jus divinum, & naturale. Prol. tit: 9.

Statuta pro se condere civitas, vel populus potest cum superioris consensu (modò non sint contraria legibus regni:) quæ solos ligant conditores. part. 3, tit. 2.

Statutione firmari debet infra annum omnis donatio. part. 1, tit. 32.

Statutorum cum clausula (cum nos) annum cum dicitur nobilis, sexaginta dies habent ad exequendum. part. 1, tit 33.

Penes statutorios (cum dicitur) debet pro du-

ci

ci donatio, penes cum nos, non.
part. 1, tit. 34.
Statutione legitima, quæ faßiones indigent. Vide ſupra faßiones.
Statutione annua indiget contractus de mutua ſucceßione, uno contrahentium decedente parte 1, tit: 66.
Statutioni cum jure regio contradicens debet infra annum de ſuo jure decedere.
Matt: maj. art: 27. & 5, art. 15.
Statutiones, quæ ob turbulenta tempora peragi non potuerunt, usq; ad conventum Zolienſem, hinc per annum præmiſſæ ſunt peragi. Zol: 42, art, 23.
Statutiones bonorum, ad quorum facies, obmetum & pericula, à Turcis imminentia accedere non poſſunt in locis tutis, vicinioribus præſentibus (ſi habentur) Vicecomite, & judicibus nobilium aliisq; vicinis fiant. Et qui aliter, facta ſtatutione, ſe in dominium bonorum aliquorum intromiſerint, jure conventus, & convictus; in perennali eorundem æſtimatione convincitur. Poſ. 63. art. 45.
Statutioni quì contradicere non potuit, quia ob magnam reſidentiæ diſtantiam, vel aliam cauſam, ad ejus ſcitum provenire nequivit; evocet impetratorem, & ſi conſtituerit ipſum ante ſtatutionem fuiſſe in bonorum dominio, reſtituantur eidem. Impetratorq; extra dominium ea requirat: Si autem compertum fuerit, ipſum, vel ejus ſervitorem ita propè fuiſſe, vt potuerit eis de ſtatutione conſtare; tamen impetratore in bonis permanente, actor jus extra dominium proſequantur.
Poſon. 63, art: 46.
Statutioni contradicens, ſi de recenti bonorũ poſſeßione ſe ingeſſerat, ſi infra annum non probat jus ſuum, ſive celebrentur Octavæ, ſive non ejiciatur, & ſolvat fructus perceptos, ſi autem illa bona etiam prius poſſedit, jure requiratur.
Matt. maj. art. 30.
Strigarum pœna, primo ad eccleſiam ducta jejunent, ſecundo deprehenſæ jejunent: poſt jejunium, clave eccleſiæ ignita in pectore, in fronte, inter ſcapulas per modum crucis urantur. Tertiò tradantur judici ſeculari S. Steph: lib. 1, cap: 31, S. Ladiſ lib. 1. cap 57.
Studiorum cauſa, & in peregrinationibus abſentes non gravantur ſententia per non venientiam, ob unicam non comparitionem. Vlad: ad min. art. 1.
Stupratores conſanguineorum, notam ſubeunt. part. 1, tit. 14.
Succeßio mutua non fit inter filias duorum fratrum, poſt diviſionem, ſeorſim in mares præfectarum. part. 1, tit. 50.
Succeßio mutua non fit inter fratres diviſos in bonis poſt diviſionem per alterutram acquiſitis, niſi ſit in donatione utriusq; nomen inſertum. Ibidem.
Non ſuccedunt invicem ſangvine non juncti, licet ſint eis aliqua bona ſimul donata. part. 1, tit. 47.
Succeſſorium jus ex ſangvine, vel adoptione alicujus in bonis quis habens poſſeſſore mortuo ſine filiis, apprehendit ſtatim ille reale dominium bonorum, absq; ſtatutione, nutrit filiam, & uxorem mortui, ac elocat. part: 1, tit. 100.
Synodos celebrent Epiſcopi, ad quas ſub pœ-

na Regi, arbitraria, omnes regnicolæ tenentur plebanos mittere. Pos. 59, art. 39.

T.

Tabernam intrans arma non ferat, aliquin auferantur ei, & ipse tres dies jejunet in cippo. Matt: maj. art. 68.

Talerorum cussio permittitur ad tempus. Sop. 53. art. 25. Pos. 55, art. 8. & 54. art. 16. tollitur tanquam damnosa. Poson. 56. art. 38.

Taxa Regi pari voto totius regni offeratur in dieta generali, non à singulis comitatibus, sub pœna perjurij. Vlad: anno 1504. art. 1. & amissione bonorum.

Telonium, vide infra tributum.

Vectigal tamen, seu vada nova fluviorum ad distantiam unius miliaris à veteribus concedantur. part: 2, tit. 10.

Terragium pro sepultura interfecti non petatur. S. Stephan: lib. 1, cap. 11. Lud: 1, art. 2. Alb: art. ult. Matt: maj. art: 65. Vlad: maj. art. 29. Ad maj: art: 6.

Terrarum, pratorum, ac sylvarum occupationes, usq; ad decem jugera comitatus judicat. Vlad: in 5. art. 8.

Terrestris dominus, quomodo impendere debeat judicium ex parte rusticorum suorum, vide supra rusticus. Quomodo se habeat erga rusticos suos, vide ibidem.

Terrestri domino In causa qui citatus fuit, & jussus colonos statuere, post inquisitionem jurando absolvuntur, & coloni si ipse succumbat, succumbunt illi quoq;. part: 3, tit: 27.

Terminorum completiones, Prothonotarij per senestram alta voce pronuncient. Vlad: ad min. art. 11.

Testamenta sive condant status spiritualis, sive non patroni bona, & res eorum post mortem non occupent, nec pro se accipiant. Poson. 57. art. 10.

Testamentaria causa judicantur à judice spirituali. Vlad: maj. art. 46.

Testis, plura de testibus supra in Verbo communis inquisitio.

Testes qui dicantur: Prolog: tit. 13.

Testes esse non possunt servi contra dominos. S. Stephan: lib. 2, cap. 19.

Testis esse debet talis, qui sit confessus Sacerdoti sua peccata. Col: art: 23, 24.

Testis semel falsus inventus nunquam amplius admittitur. Col: art: 24.

Testi falso genæ adurantur cruciatim. Col: art. 66.

Testium nomina, & qui vicini, vel Commetanei, vel comprovinciales sint, debent scribi in literis relatoriis. part. 2, tit. 29.

Testes in communi inquisitione liberè debent fateri, non coactè, ætatem talem habere, ut recordentur rerum gestarum, de quibus fatentur, modum patratæ rei, & an scitu, vel audito rem noverint exponere. Item Nobiles, non rustici esse debent contra Nobilem, & jurare de veritate dicenda, part. 2. tit. 27.

Testis vocatus ad testificandum, venire nolens per Vice-comitem mulctatur marcis 16. part. 2. tit. 28.

Testimonium vivorum potest probare possessoriũ circa annos LX. Matt: ma. a. 27

Traditores castrorum notæ infidelitatis subjiciuntur. part. 1, tit. 14.

Trans-

Transmigratio colonorum seu rusticorum. Vide supra rustici.

Transumpta literarum, coram judicibus in judicio contradictorio vel tempore divisionis inter fratres, vel cum agitur de conservatione earundem literarum, valent part. 2, tit. 15.

Transylvanorum quædam leges peculiares. part: 3, tit: 3.

Tributum solvere tenetur, qui prius solvebat, non obstante privilegio, recens ei dato. part. 2, tit. 9.

Tributum novum à veteri distare debet unum miliare. part. 2, tit. 10.

Tributa mercatorum divitum duplicatur. Colom: art: 29.

Tributa superflua moderentur, & ad rationem præsentis monetæ reducantur. Sig: maj. art. 28, 29. Matth: maj.art:38 Vlad: maj. art. 88. min: art: ult. ad min. art. 37.

Tributa in pontibus, & navigiis tantum exigantur, sicca etiam in bonis Regis tollantur. Lud:1, art.8. Pos. 46, art.51. Poson.48, art 49 & 50. art. 67, & 52. art. 36. Sop: 53, art.29. Pos.55, ar.15. & 56, art. 46, & 57, art.17.

Tributa etiam à Rege per supplicationem indebitam impetrata, tollantur. Pos. 48. art. 49.

Tributa sicca Vicecomites & judices Nobilium conspiciant, & cum hactenus manserint, inquirant; de quibus Regem per literas informent, tuncq; Rex qua tollenda erunt, tolli faciat per dominos eorum, qui si jussi non tollerent, exigant ab ipsis Comites pro se flor: 100. & nihilominus telonium deponant, alioquin ijdem Comites tenebuntur ad fiscum Regium solvere florenos 200. Poson.50, art.67.

Tributa sicca per Vicecomites, in quorum cunq; bonis etiam si antiqua sint non tamen nituntur bono fundamento tollantur; si quis tolli non passus fuerit; perdit possessionem, in qua illud habeatur, Poson. 56. art. 46.

Tributa nimia exigentes, ad requisitionem Comitis, vel Vicecomitis tenetur sua privilegia ostendere, & Comiti primò in centum, secundò in ducentos florenos, tertiò in redemptibili amissione villæ convincantur, sic & malos pontes tenentes. Pos, 66, art. 12.

Tributorum ad loca Nobiles, & Ecclesiastici divertere non cogantur. Lud: 1. ar. 15. 17. Zilag. a. 9. Vlad: maj. a. 86.

Tributa solvere non tenentur Nobiles & Ecclesiastici de rebus ad usum ipsorum circumferendis, & qui ab ipsis exigit teneatur eum dominus suus ad dupli solutionem cogere, alioquin ipse per Comitem cogatur birsagium, 2 marcarum pendere, eidem Comiti & læso. Vlad min. art. 35. Zilag art. 9.

Imò tributarius exigens tributum à Nobili vel Ecclesiastico, ad requisitionem læsi capiatur, à suo domino, & tradatur Comiti cogendus ad satisfactionem. Si autem dominus id facere nolet, aut non posset, in 100. florenis ordinis jure convincitur, partim judici, partim parti solvendis. Vlad: admin. art. 39.

Et si fuerit in curiam Regiam ad 32. diem

citatus, statim ex parte ejus judicium fiat. Vlad. min: art: 26.
Tributum in una, eademq; possessione in pluribus locis non exigatur. Matth: min art. 14.
Tributarij vias in aliorum territorio non observent. Ibidem.
Tributarij ob non solutum tributum neminem impediant, extra metas possessionis, in qua exigitur tributum. Matt: in art. 14. Vlad: maj. art. 88.
Sub pœna amissionis tributi. Vlad: min. art. 36.
Sub pœna statuta in nimia telonia exigentes. Pos. 66, art: 13.
Tributa non solvant rustici nuptiatores. Matt: maj. art. 39. Vlad: maj. art: 87.
Tributum non majus, sed tantum solvant artifices, quantum alij viatores. Matt: maj. art. 39. Vlad: maj. art. 87.
Tributum non exigatur ab his, qui vehunt triticum ad molam. Vlad: maj. art. 87.
Tributum non exigatur à vehētibus aliquid domino ipsorum. Vlad: ad maj. art. 88.
Tributum non solvunt victualia ad exercitum vehentis, & qui ab eis exegerit, perdit tributum. Pos. 45. art. 24.
Tributarij vias falsas noviter ad invenire non præsumant. Ibidem.
Tributarius pontem, & navim benè reformet; alioquin si propter malam conservationem cuipiam damnū acciderit, solvat. Ibidem.
A tributis solutio exemptio facta ante collationem tributi, valet, post non: Et solæ octo liberæ civitates simpliciter, non habito respectu ad hanc constitutionem, habentur exemptæ. Vlad: ad min. art. 38.
Tricesimarum inscriptio his, quibus dignè sunt inscripta, servetur. Pos. 48, art. 26.
Tricesimæ exigantur in locis consvetis, & more alias consveto. Vlad: maj. art. 27. in art. Sclavon. art. 7. min. art. 29.
Tricesimæ in novis locis erectæ, tollantur. Zolien. 42, ar. 49. Pos. 46, ar. 5.
Tricesima ab uno bove exigatur florenus unus & medius. Pos. 48, art. 48
Tricesimarum loca vide. Vlad: min. art. 29 34, ad min. art. 23.
Tricesimarum loca, quæ periculo ab hostibus non sunt exposita, ne mutentur. Sop: 33. art. 20.
Tricesimo de minutis rebus infra valorem unius floreni non exigantur. Vlad: maj: art: 27, art: Sclav: art. 7. min. art. 29. Sop. 53, art. 20.
Tricesimæ, & alij proventus regij eliberentur, & Cameræ applicentur. Pos. 46, art. 5.
Tricesimæ de his tamen rebus exigantur, quæ de regno educuntur. Vlad: min. art. 29.
Tricesimæ non exigantur de rebus ad forum intra regno deferendis, neq; de animalibus ad macellum ducendis. Vlad: ad maj. art. 53. min. art. 29. Sop: 53, a. 20 Pos. 57. art. 16.
Tricesimæ non exigantur à Presbyteris, Monachis & Nobilibus de rebus ad usum eorum afferendis. Zol: 42, art. 50 Poson: 48 art: 51.
De allodiaturis quoq; suis extra regnum ducendis. Pos. 47. art. 23. Item, 69. art. 16. Item, 74. art. 24.
Tricesimæ per fratrem Georgium institutæ tollantur. Pos. 48. art. 54.

Trice-

Triceſimas nemo ſibi uſurpet, neq; ad eas ſe intromittat. Zol. 42. art. 43, 44.
Triceſimas defraudans ſub hoc colore, quod pro ſuo uſu res deferat puniatur. Poſ. 57, art. 16.
Triceſimatores, & alij regiorum proventuum adminſtratores Hungari ſint, non externi. Vlad: min. art. 30. Sop. 53. art. 20.
Triceſimatoris abſq; ſigillo nemo extra regnum eat. Colo. art: 65.
Triceſimator non à ſingulis bobus den: 8. ſed ab uno negociatore, quotquot habuerit boves, tantum den 2. pro ſcheda exigant. Ab ſalibus autem Polonicis, præter veram triceſimam nihil. Poſ. 67, art. 37.
Triceſimæ à Nobilibus non exigantur. Poſ. 75, art: 7.
Trino forenſis proclamatio qualiter olim fiebat. Alb: art. 30, aboletur. Matt. maj. ar. 20. Vlad: maj. art. 38
Turcis ſubditi coloni dimidiam partem dicæ ſolvant. Poſ. 67, art. 3.
Tutelam gerere puellæ non poſſunt. part 3, tit. 91.
Tutela eſt poteſtas tuendi eum, qui ob imperfectam ætatem ſe defendere nequit, Triplex: legitima, teſtamentaria, dativa. part. 1, tit. 112.
Tutela legitima eſt parentum, & fratrum defenſio. part. 1. tit. 113.
Tutela à Patre ignobili, qui ſecundam uxorem duxit, & eſt dilapidator, tranſit ad alium, alias in bonis liberorum maternis eſt tutor. Ibidem.
Tutela ſequitur bonorum ſucceſſionem. Ibid.
Tutelam gerere poteſt Mater, etiam ad ſecunda vota tranſiens, in bonis, quæ ipſa habuit à mariti bonis ſeparata. Ibidem.
Tutelam gerit frater major. Ibidem.
Tutelam etiam nepotum, filio mortuo, gerit Pater Nobilis. Ibidem.
Tutela teſtamentaria eſt, quæ committitur à patre in teſtamẽto, ſi fratrem non habet, ſi habet, uſq; ad ſua bona diripienda aſpirat, onetur. part. 1, tit. 114.
Tutela dativa à Principe committitur, ceſſante legitima, & teſtamentaria, talibus, qui ad bona pupillorum non aſpirant, nec timetur quod eſſent bona alienaturi quiq; in eodem Comitatu habitant, ubi pupilli habent reſidentiam. part. 1, tit. 115.
Tutela eo ordine defertur, quo bonorum ſucceſſio. part: 1, tit. 116.
Tutela ad fratres ſpectat, deficiente teſtamentaria. Ibidem.
In tutela agnati præferuntur cognatis. Ibid.
Tutela debetur cognatis, agnatis non exiſtẽtibus, ſi bona concernunt utrumq; ſexum, alias non; ſed à Principe conſtituuntur. Ibidem.
Tutela filij penes fratrem manet. part. 1, tit. 113.
Tutelam in bonis utrumq; ſexum concernẽtibus agnato minore exiſtente, cognatus gerit, uſq; dum ille 24. ætatis annum attingat non ultra. part. 1, tit. 117.
Tutela aliquando committitur etiam infra ætatem perfectam, conſtituto agnato. Ibid:
Tutela teſtamentaria deſtruit legitimam, quando illi, qui legitimi eſſe deberent, ad bona teſtatoris adſpirant, vel novæ diviſionis, vel alio titulo, vel jam lites ratione eorum ſuſcitant. Et contra, legitima deſtruit

struit testamentariam, commissam infami, vel notæ infidelitatis subjecto, vel si pater filias, filiis non existentibus, in præjudicium agnatorum cognatis committeret tuendas. part. 1. tit. 119.

Tutelam exercẽt adoptivi legitimis non existentibus, tanquam agnati ante cognatos. part. 1. tit. 119.

Ad Tutelam in quatuor casibus non admittuntur fratres:

Primò, quamdiu subjacent sententiæ capitali.

Secundò, si villam aliquam, in qua cum ipsis pupilli mutuum jus successorium habeant, amiserunt, quia tunc sunt suspecti de dilapidatione.

Tertiò, si alieno juri se subjecerunt, & per hoc non sunt liberi.

Quartò, si notam aut ex perjurio, vel aliter incurrerunt. part. 1, tit. 121.

Tutrix est filij mater, mortuo patre, priusquam transeat ad secundas nuptias. part. 1, tit. 113.

Tutor filij in maternis bonis pater, etiamsi sit ignobilis. Ibidem.

Tutores coram testimoniis fide dignis, inventarium debent facere de bonis & proventibus ad eorum manus pervenientibus & suo tempore rationem dare, maleq; dispẽsata refundere. Ibidem.

Tutores testamentarij ritè constituti legitimis & dativis præferũtur. par. 1, t. 120

Tutores possunt se excusare ab onere tutelæ pluribus modis. part. 1, tit. 122.

Tutores fideles debent esse, alioquin removentur ab officio, duplum solvunt malè expositorum, aut alienatorum, & si in personas pupillorum fuerint infideles, aut causas eorum infideliter gessisse comperiẽtur, infamia notabuntur. part. 1, tit. 123.

Tutores redduntur suspecti, si propria bona stultè consument, si pupillis necessaria non subministrant: Si sine causa pupillos malè tractant: Si sunt malorum morum, & pupillos malis moribus imbuunt: Si fuerint inimici parentis pupilli, aut hujus etiam hostes. Si timetur, ne ad bona pupillorum aspirent. part: 1, tit. 123.

Tutores suspectos omnes possunt accusare vel ex pietate sola. part. 1. tit. 124.

Tutores non accusant pupilli illegitimæ ætatis, possunt autem ex consilio proximorum accusare statim, ubi attigerint ætatem legitimam. part. 1, tit. 124.

Tutores non possunt dare invitis filiis legitimæ ætatis, petentibus dantur curatores. Ibidem.

Tutores furiosum, & amentium possunt assumere onus eorum, & disponere ex necessitate de eorum bonis, non tamen alienare. Ibidem.

Tutores etiam extra terminos judiciorum, accusantur de suspitione, & tutela; accusato statim interdicitur per Regem, bonaq; ad decisionem causæ ad manus communes dantur. part. 1, tit. 125

Tutore de suspitione accusato, & ante finem causæ mortuo, suspitionis pœna extingvitur, hæredes tamen, ejus de malè dispensatis rationem dare, & satisfacere cogũtur. Ibidem.

Tutor convictus de suspitione, similter amovetur à tutela, & alius per Regem datur. Ibidem.

Tutores vigore literarum revisionalium, procedunt in omnibus causis pupillorum, ad tempus ætatis legitmæ. part. 1, ti. 126

Tutoribus insciis, pupilli imperfectæ ætatis nec procuratores constituere, nec fassiones facere possunt. Ibidem.

Tutores virtute revisionalium, etiam concordandi cum adversariis habent authoritatem in causis pupillorum, sine tamen eorum incommodo. part. 1, tit. 127.

V.

VADIARE.

VAdimonium est sponsio quædam sistendi comparendiq; in judicio, ad diem præfixum per se, vel per advocatos.

Vada falsa in præjudicium privilegiatorum tenens, perdit possessionem, in qua tenet. Vlad: maj. art. 89.

Vagum animal apud se retinens solvet 15. pensas Colom: art. 35

Vvayvodæ in partibus regni inferioribus cessent, quorum bonis invenientur, pro quolibet solvant flor: 400. Si verò nec sic quidem fuerint sublati, tenentes eos perdant bona in quibus habent. Vlad: 6, art. 17.

Varasdiensium judiciorum abolitio. Matt: maj. art. 53.

Vecturam victualium ad confinia status pollicentur secundum articulos annorum 45, & 63, & quod præcium eorum præsenti pecunia persolvatur; & salvus conductus vehentibus assignetur propter hostem. Poson: 78, art 7.

Vendens arma, vel victualia infidelibus notam incurrit. Vlad: miu. ar. 72.

Vendere volens jura possessionaria, debet admonere filias, vel fratres, vel vicinos: illis non existentibus, ante quos alij emere non possunt, hoc excepto, si venditio fiat pro capitis redemptione. part. 1, tit. 60.

Venditor vel donator contra eum, cui vendit, aut donavit, pro v. litis, seu donatis agere non potest. par. 1, tit. 77.

Vicarij ecclesiastici causas in curiam Regiam, ad mandatum judicis ordinarij non transmittentes, perdunt beneficia. Vlad: maj. art. 46.

Vicarij non externi, sed Ungari, id est indigne sint. Vlad: ad maj: art: 38, ad min. art. 32.

Vicecomites, & judices nobilium in causarum ex quibus birsagium aliquod habuerunt executione, nullum habent salarium; ubi verò nullum birsagium perceperunt florenum unum per diem habebũt. Pos: 46. art. 39.

Vicecomitum, & judicum nobilium in executionibus turbatores, verberatores, aut interemptores notam incurrunt, & gratia ejus non suffragatur. Pos. 42, art. 29

Vicecomites, & judicum nobilium ministros in exeqvutionibus turbans, aut vituperans, in pœnam repulsionis, vulnerans, vel captivans in pœnam majoris potentiæ, occidens notam infidelitatis incidit. Tyr. 47, art. 33.

Si talia Officialis vel colonus, sine scitu domini sui patraverit, sub pœna homagij illius tenetur, dominus in comitatum, præmisso modo, puniendum inducere; qui si fugisset, quod non cum suo scitu aufugerit, & non sua voluntate facinus per-

egerit, si etiam patrator diceret, se patrasse ex mandato domini sui, idem dominus tertiusmet duobus, scilicet, Nobilibus in comitatu se purgabit.
Tyr: 47, art. 33.
Vicecomes occupat bona nolentis continuum intertenere, & tam diu tenet, donec duplum neglecti percipiat. Pos: 78. art: 9.
Vicecomes non per solum Comitem, sed, secundum decreta, consensu totius Comitatus, eligatur. Poson. 48, tit. 63.
Vicinis, & Cometaneis præsentes fiant statutiones, reambulationes, & revisiones ac eorum nomina notentur in literis capitularibus. Sig: maj. art. 14.
Vicini, & Cometanei bona sententionati possunt redimere. part. 2, tit. 63.
Vicinorum, & Cometaneorum testimonium plus valet saltem vel trium, quàm aliorum viginti. part. 2. tit. 29.
Vicini præferuntur aliis in bonorum emptione hoc modo: quòd non communi æstimatione, vt fratres sed perennali æstimatione, aut tota summa deposita, ad se recipere valent. part. 1, tit. 60.
Victualium & eorum precij limitatio in castris per Capitaneum Ungarum, & Vicecomitem, vicinorum Comitatuum fieri debet. Sop: 53, art. 9.
Poson. 63, art. 12.
De victualium limitatione, vide supra in dictione, exercituandi modus.
Victualia ad loca finitima convecta, nec vi, nec ad futuram solutionem milites auferant. Pos. 63, art. 9.
Vidua, vide paulò infra uxor.
Villani, vide supra rustici.
Villas nobilium inter se non dividant Capitanei, & miseram plebem non expilent, juxta articulos anni. 63, Pos. 78, art. 6.
Vina colonorum etiam precio non auferant domini terrestres ipsis colonis invitis.
Pos 50, art. 36.
E Vinea vt terrestris dominus ejiciat.
part. 1, tit. 133.
Vino: um educillatio, vide supra educillatio.
Violatores Ecclesiarum, supra Ecclesiarum.
Violatores publicarum constitutionum, direptores regiorum proventuum, & decimarum Nobilium, & plebis oppressores, quæ è publica querela intra, & extra regnum, sine processu juris. Rex puniat.
Pos. 46, art. 26.
Violatio sedis judiciariæ, vel Regio, vel comitatuum punitur florenis 100, & violator è sede Regia non emittitur, antequam deponat. part. 2, tit. 69.
Violentiæ, & potentiæ omnes inter duos Reges in suspenso relinquuntur.
Zol. 42. art. 25.
Violentiæ à subditis unius Regis, contra subditos alterius, usq; ad obitum Joannis Regis patratæ, penitus sunt sopitæ: quæ verò inter subditos utriusvis ejusdem tamen sunt patratæ, de his jure agi potest.
Pos. 52, art. 20.
Violentus occupator alienorum bonorum infra annum ejicitur violenter; postea juris ordine convictus, capitalem sententiam subit. part. 1, tit. 68, & part: 2, t. 42.
Sig: maj. art. 93.
Violenter se ingerens in bona, ad alium devoluta, & jure conventus, capitali sententia damnatur. part. 1, tit. 68.

Violentias patrans in bonis proficiscens ad dictam incurrit notam infidelitatis.
Poson. 67, art. 46.
Vissegradiensis civitatis libertas sublata.
Vlad: maj. art. 102. min art 39.
Ulna Regia. *part: 1, tit 113.*
Urburæ, id est proventus regales, vel regales proventus, supra in litera R.
Urburæ jus regale. Lud: anno 1351, art. 53
Vide quoq; in dictione minerâ argentum in Cameram accipitur marca 1, flor. 6. denar: 50, extradatur marca 1, flor: 7, den. 50, id est, nunc urbura flor: 1.
Usu capio, est pecus vagabundum.
Uxor succedit marito deficiente, & contra in bonis utriq; donatis, vel emptis, si literæ superinde confectæ, habeant nomen utriusq;. *part: 1, tit. 48.*
Uxor sine filiis decedentibus nutritur, & si nubere vult, redditis dote, & paraphernalibus elocatur a successore in bonis.
part. 1, tit. 67. Sig: maj. art. 24.
Uxor vidua succedit marito intestato, & sine liberis decedenti in omnibus mobilib⁹.
part. 1, tit. 98.
Uxor de curia mariti non excluditur ante secunda vota, nisi sit castrum, & illud unicum quia tunc alia curia ei assignatur, excluditur juris ordine de bonis juxta æstimationem superantibus ejus dotem, per legitimos successores. *part. 1. tit 98.*
Vxor ad secunda vota transiens dota accepta cedit de bonis mariti. *Ibidem.*
Uxor fugiẽs à viro reddatur ei toties qnoties
Col: art. 74
Uxor relicta de bonis mobilius mariti inter filios & filias, non emancipatos, & fratres indivisos superstites, accipit unam partem, cum veste meliori, & equis curriferis *part: 1, tit. 99.*
Uxor non succedit marito in juribus possessionariis durante conjugio emptis: nisi sit ejus nomen in literis fassionalibus positum; succedit in quibuslibet pignoratitiis, antea, vel in conjugio adeptis, aut in eorum pretio, si redimantur simul, & æque cum hæredibus. *part. 1. tit. 102.*
Uxor vidua non transiens ad secunda vota, vita durante, manet in curia, & bonis mariti dotem suam non superantibus.
Ibidem, & tit. 134.
Uxor consanguinei sui facta per ignorantiam separataq; accipit dotem, & paraphernum scienter ei nupta paraphernum tantum accipit. *part. 1, tit. 106.*
Uxor dotem relaxare potest marito ex certis causis tempore mortis, & alias metu cessante, etiam causis non existentibus.
part. 1, tit. 109.
Uxor marito, & è contra potest facere fassionem de bonis, de quibus posset externo.
part. 1, tit. 110.
Uxor marito, & è contra jura possessionaria non simpliciter, sed ex causa evidenti potest impignorare, *part. 1, tit. 110.*
Uxor defuncti absq; hærede, manet in bonis mariti, donec sciatur an concernat jus fœmineum, si hoc non compertum fuerit accepta dote cedit. *part. 1. tit. 29.*
Uxorati olim fuerunt sacerdotees in Ungaria. *S. Lad. lib. cap. 12, & 34. Colom. art. 52, 71, 76, 77.*

Uxores nobilium, viventibus maritis ratione sive majoris, sive minoris potentiæ, non evocantur; sed soli mariti. Verum si ex bonis fuerit potentia patrata, quæ solas uxores concernunt: tunc uxores cum maritis, etiam si hi ignobiles fuerint, evocantur uxores quoq; relictæ. Tutrices liberorum pupillorum in pupillari ætate constitutorum, evocãtur ratione potentiæ tunc patratæ; semper tamen per procuratorem comparent non personaliter.

Vlad. ad min. art. 13.

DE DIVERSIS REGVLIS JURIS ANTIQVI CIVILIS ET CANONICI.

Regula I.

REgula est, quæ rem, quæ est, breviter enarrat: non ut ex Regula jus sumatur: sed ex jure, quod est, Regula fiat. Per Regulam igitur, brevis rerum narratio traditur, &, ut ait Sabinus, quasi causæ conjectio est: quæ simul cum in aliquo viciata est, perdit officium suum.

II.

Fœminæ ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ sunt, & ideò nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.

III.

Ejus est non nolle, qui potest velle.

IIII.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel Domini.

V.

In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum: alia eorum qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent: nam furiosus nullum negocium contrahere potest: pupillus omnia tutore authore agere potest.

VI.

Non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem.

VII.

Jus noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtatò & inteſtatò deceſſiſſe: earumq; rerum naturaliter inter ſe pugna eſt teſtatus, & inteſtatus.

VIII.

Jura ſangvinis nullo jure Civili dirimi poſſunt.

IX.

Semper in obſcuris, quod minimum eſt, ſequimur.

X.

Secundum naturam eſt, commoda cujusq; rei ſequi eum, quem ſequuntur incommoda.

XI.

Jd, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

XII.

Jn teſtamentis plenius voluntates taſtantium interpretantur.

XIII.

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem à petitione removetur.

XIV.

Jn omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

XV.

Is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.

XVI.

Jmaginaria venditio non eſt precio accedente.

XVII.

Cùm tempus in teſtamento adjicitur, credendum eſt pro hærede adjectum: niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adjicitur.

XVIII.

Quæ Legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt: eorum commodum per nos his, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu adquirimus: aliter, atq; quod ſtipulati ſumus: nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiam ſi liberatis nobis poteſtate domini conditio exiſtat.

XIX.

XIX.

Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus, hæredi autem hoc imputari non potest, cùm non sponte cùm legatariis contrahat. Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.

XX.

Quoties dubia interpretatio libertatis est: secundùm libertatem respondendum erit.

XXI.

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.

XXII.

In personam servilem nulla cadit obligatio. Generaliter prohandum est, ubicunq; in bonæ fidei judiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habēdum esse.

XXIII.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt quidam & dolum & culpam, dolum tantum: depositum & precarium, dolum & culpam; mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia gesta. In his quidem & diligentia. Societas & rerum cōmunio & dolum & culpam recipit. Sed hæc ita: nisi si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus in singulis contractibus. Nam hoc servabitur, quod initio convenit (legem enim contractus dedit) excepto eo quod Celsus putat, non valere, si convenerit: ne dolus præstetur. Hoc enim bonæ fidei judicio contrarium est, & ita utimur. Animalium verò casus, mortes, quæq; sine culpa accidunt: fugæ servorum, qui custodiri non solent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur.

XXIV.

Quatenus cujus interest, in facto, non in jure consistit.

XXV.

Plus cautionis in rem est, quàm in personam.

XXVI.

XXVI.

Qui potest invitis alienare: multò magis & ignorantibus & absentibus potest.

XXVII.

Nec ex prætoriò, nec ex solenni jure privatorum conventione quidquam immutandum est: quamvis obligationum caussæ pactione possunt immutari, & ipso jure, & per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus privatorum pactionibus, non infirmatur: nisi tunc cùm inchoatur actio, inter eos convenit.

XXVIII.

Divus Pius rescripsit Eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos.

XXIX.

Quod initiò vitiosum est, non potest tractu temporis cõvalescere.

XXX.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

XXXI.

Verum est, neq; pacta, neq; stipulationes factum posse tollere. Quod enim impossibile est, neq; pacto, neq; stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit.

XXXII.

Quod attinet ad Jus Civile, servi pro nullis habentur. Non tamen & jure naturali: quia quod ad Jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

XXXIII.

In eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri facturus est: durior causa est petitoris.

XXXIV.

Semper in stipulationibus & in cæteris contractibns id sequimur, quod actum est, aut si non pareat quid actum est: erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentamur. Quid ergo si neq;

si neq; regionis mos appareat, quia variatus fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est.

XXXV.

Nihil tamen naturale est, quàm eo genere quodq; dissolvere, quo colligatum est: Jdeò verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur.

XXXVI.

Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.

XXXVII.

Nemo, qui condemnare potest absolvere non potest.

XXXVIII.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum perveniſſet.

XXXIX.

Jn omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium moræ sit, quo minus fiat.

XL.

Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est.

XLI.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur. Jn re obscura meliùs est favere repetitioni, quàm adventitio lucro.

XLII.

Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiæ, an id, quod peteretur, deberetur. Fidei usores quoq; non minus, quàm hæredes, justam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agetur, non etiam si agat. Nam planè qui agit, certus esse debet: Cùm sit in potestate ejus, quando velit, experiri: & antè debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

XLIII.

Nemo ex his, qui negat se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impediat. Quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine: una quis expediri debet.

XLIV.

Toties in hæredem damus de eo, quod ad eum pervenit: quoties ex dolo defuncti convenitur, non quoties ex suo.

XLV.

Neq; pignus, neq; depositum, neq; precarium, neq; emptio, neq; locatio rei suæ consistere potest. Privatorum conventio juri publico non derogat.

XLVI.

Quod à quoquo pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.

XLVII.

Consilij non fraudulenti nulla obligatio est. Cæterùm si dolus & calliditas intercessit: de dolo actio competit. Socij mei socius, meus socius non est.

XLVIII.

Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur non prius ratum est, quàm si perseverantia apparuerit judicium animi fuisse ideoq; brevi reversa uxor, nec divortisse videtur.

XLIX.

Alterius circumventio alij non præbet actionem.

L.

Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest.

LI.

Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

LII.

Non videtur defendere, non tantum qui latitat: sed & is qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

LIII.

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est.

LIV.

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quàm ipse haberet.

LV.

Semper in dubiis benigniora præferenda sunt.

LVI.

Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.

LVII.

Bona fides non patitur, ut bis eidem exigatur.

LVIII.

Ex pœnalibus caussis non solet in patrem de peculio actio dari.

LIX.

Hæredem ejusdem potestatis jurisq; esse, cujus fuit defunctus, con-
LX. (stat.

Semper qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur: sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est obstringitur mandati actione.

LXI.

Domum suam reficere unicuiq; licet: dum non afficiat invito alteri, in quo jus non habet.

LXII.

Hæreditas nihil aliud est, quàm successio in universum jus, quod defunctus habuerat.

LXIII.

Qui sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram fa-
LXIV. (cere.

Ea, quæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotiis computan-
LXV. (tur.

Ea est natura cavillationis, quam Græci soritem, appellant, ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.

LXVI.

Marcellus definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali ab horrentem.

LXVII.

Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipiatur, quæ rei gerendæ aptior est.

LXVIII.

Jn omnibus causis id observatur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat. Ubi verò genus actionis id desiderat: ibi, ad quemvis persecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilij.

LXIX.

Jnvito beneficium non datur.

LXX.

Nemo potest gladij potestatem sibi datam, vel cujus alterius coërcitionis, ad alium transferre.

LXXI.

Omnia quæcunq; causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt.

LXXII.

Fructus rei est vel pignori dare licere.

LXXIII.

Quò tutela redit, eò & hæreditas pervenit, nisi cum fœminæ hæredes intercedunt. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis hæredibus, cùm moritur habuit, habiturusve esset, si vixisset. Vi factum id videtur esse, qua de re quis, cùm prohiberetur, fecit, clàm, quod quisq;, cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit. Quæ in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint: perinde sunt, ac si scripta non essent. Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando, quisquam alteri cavere potest.

LXXIV.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

LXXV.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.

LXXVI.

Jn totum omnia, quæ animi distinatione agenda sunt non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

LXXVII.

Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem: veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, servi optio, datio tutoris: in totum viciantur per temporis vel conditionis adjectionem, nonnunquam tamen actus supra scriptos tacitè recipiunt, quæ apertè compræhensa vitium afferunt, nam si acceptum feratur ei, qui sub conditione promisit: ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio existerit: quæ si verbis nominatim acceptilationis compræhendatur: nullius momenti faciet actum.

LXXVIII.

Generaliter cùm de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per adversarium habere non potuit, considerandum est.

LXXIX.

FRAUDIS interpretatio semper in jure Civili, non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur.

LXXX.

In toto Jure genere per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

LXXXI.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, jus commune non lædunt.

LXXXII.

Donari videtur, quod nullo cogente jure conceditur.

LXXXIII.

Non videntur rem amittere, quibus propria non fuit.

LXXXIV.

Cùm amplius solutum est, quàm debebatur: cujus pars non invenitur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. Js natura debet, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus.

LXXXV.

Jn ambiguis, pro dotibus respondere melius est. Non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent: licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. Quoties æquitatem desiderij naturalis ratio, aut dubitatio Juris moratur: justis decretis res temperanda est.

LXXXVI.

Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non essent: sed plærumq; melior.

LXXXVII.

Nemo enim in persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Deniq; post litem contestatam hæredi quoq; prospiceretur; & hæres tenetur ex omnibus causis.

LXXXVIII.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.

LXXXIX.

Quam diu possit valere Testamentum tam diu legitimus non admittitur.

XC.

Jn omnibus quidem, maximè tamen in jure, æquitas spectanda sit.

XCI.

Quoties duplici jure defertur alicui successio: repudiato novo jure, quod antè defertur, superit vetus.

XCII.

Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset: nihil nocere quo minus & reus & fidejussor teneatur.

XCIII.

Filius familias neq; retinere, neq; recuperare, neq; adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

XCIV.

Non solent, quæ abundant, vicare scripturas.

XCV.

Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur.

XCVI.

XCVI.

In ambiguis orationibus maximè sententia spectanda ejus qui eas protulisset.

XCVII.

Ea sola deportationis sententia auffert, quæ ad fiscum perveniunt.

XCVIII.

Quoties utriusq; causa lucri ratio vertitur: is præferendus est, cujus in lucro causa tempore præcedit.

XCIX.

Non potest improbus videri, qui ignorat quantum solvere debeat.

C.

Omnia quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt.

CI.

Ubi Lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo & primo die venerit, audiendus est. Ita enim & Imperator Antonius cum divo patre suo rescripsit.

CII.

Qui vetante Prætore fecit, hic adversus Edictum fecisse propriè dicitur. Ejus est actionem denegare, qui possit & dare.

CIII.

Nemo de domo sua extrahi debet.

CIV.

Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est: præponenda est causa æstimationis. Ubi autem æquiparant famosa judicia: & si summam imparem habent: pro partibus accipienda sunt.

CV.

Ubicunque causæ cognitio est, ibi prætor desideratur.

CVI.

Libertas inæstimabilis res est.

CVII.

Cum serva nulla actio est.

CVIII.

Ferè in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati, & imprudentiæ succurritur.

CIX.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cùm prohibere potest.

CX.

In eo quod plus sit, semper inest & minus. Nemo alienæ rei ex promissor idoneus videtur, nisi si cum satisdatione. Pupillus pati posse non intelligitur. Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum. Mulieribus tunc succurrendum est, cùm defendantur non ut faciliùs calumnientur.

CXI.

Pupillum, qui proximꝰ pubertati sit, capacem esse & furandi & injuriæ faciendæ. In hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriæ, injuriarum, vi bonorum raptorum.

CXII.

Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

CXIII.

In toto & pars continetur.

CXIV.

In obscuris inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet.

CXV.

Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoveri.

CXVI.

Nihil consensui tàm contrarium est, qui ac bonæ fidei judicia sustinet, quamvis atq; metus: quem comprobare, contra bonos mores est. Non capitur, qui jus publicum sequitur. Non videntur, qui errant, consentire.

CXVII.

Prætor bonorum possessorem hæredis loco in omni causa habet.

CXVIII.

Qui in servitute est, usu capere non potest: nam cùm possideatur, possidere non videtur.

CXIX.

Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

CXX.

Nemo plus commodi hæredi suo relinquit, quàm ipse habuit.

CXXI.

Qui non facit quod facere debet: videtur facere adversus ea, quia non facit: & qui facit, quod facere non debet: non videtur facere id, quod facere jussus est.

CXXII.

Libertas omnibus rebus favorabilior est.

CXXIII.

Nemo alieno nomine lege agere potest. Temporaria permutatio jus provinciæ non in novat.

CXXIV.

Ubi non voce, sed præsentia opus est: mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Item & in surdo hic quidem responderi potest. Furiosus absentis loco est, & ita Pomponius libro primo Epistolarum scripsit.

CXXV.

Favorabiliores rei potius, quàm actores habentur.

CXXVI.

Nemo prædo est, qui pretium numeravit. Locopletior non est factus, qui libertum acquisierit. Cùm de lucro duorum quæritur, melior est causa possidentis.

CXXVII.

Cùm Prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit: sufficit, si vel momento ad eum pervenit, ex dolo defuncti.

CXXVIII.

In pari causa possessor potior haberi debet. Hi, qui in universum jus succedunt, hæredis loco habentur.

CXXIX.

Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. Cùm principalis caussa non consistat: nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

CXXX.

Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

CXXXI.

Qui dolo desiit possidere, pro possidente damnatur: Quia pro possessione dolus est.

CXXXII.

Imperitia culpæ adnumeratur.

CXXXIII.

Melior conditio nostra per servos fieri potest: deterior non potest.

CXXXIV.

Non fraudantur creditores, cùm quid non acquiritur à debitore, sed cùm quid de bonis eminuitur. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

CXXXV.

Ea, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

CXXXVI.

Bona fides tantundem possidenti præstat, quantum veritas quoties lex impedimento non est.

CXXXVII.

Qui authori judice comparavit; bonæ fidei possessor est.

CXXXVIII.

Omnis hæreditas quam vis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur, nunquam crescit ex postfacto præteriti delicti æstimatio.

CXXXIX.

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio, salvæ permanent. Non videtur perfectè cujusq; id esse, quod ex casu auferri potest.

CXL.

Absentia ejus, qui Reipub: causa abest: neq; ei, neque alij damnosa esse debet.

CXLI.

Quod contra rationem Juris receptum est, non est producendum ad consequentia. Uni duo pro solido hæredes esse non possunt.

CXLII.

Qui tacet, non utique fatetur: sed tamen verùm est, Eum non negare.

CXLIII.

Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat: & successoribus eorum obstabit.

CXLIV.

Non omne, quod licet, honestum est. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

CXLV.

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt.

CXLVI.

Quod quis, dum serv⁹ esset, egit: proficere libero facto non potest.

CXLVII.

Semper specialia generalibus insunt.

CXLVIII.

Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent.

CXLIX.

Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

CL.

Parem esse conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat: atq; ejus, cujus dolo malo factum sit, quò minus possideret, vel haberet.

CLI.

Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.

CLII.

Hoc jure utimur, ut quidquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidat. Dejicit & qui mandat. In maleficio ratihabitio mandato comparatur. Jn contractibus, quibus doli præstatio, vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur.

CLIII.

Ferè quibuscunq; modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus, ut igitur nulla possessio acquiri, nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumq; in contrarium actum est.

CLIV.

Cùm par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris. Neq; enim datur talis replicatio petitori, AUT SI REI QUOQUE IN EA RE DOLO ACTUM SIT. Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipsam non incidit.

CLV.

Factum cuiq; suum, non adversario nocere debet. Non videtur vim facere, qui jure suo utitur, & ordinaria actione reperitur. Jn pœnalibus cuasis benignius interpretandum est.

CLVI.

Jnvitus nemo rem cogitur defendere. Cui damus actionem, eidem exceptionem competere; multò magis quis dixerit. Cùm quis alij in locum successerit: non est æqvum, ei nocere hoc, quod adversus eum non nocuit, in cujus locum successerit. Plerunq; Emtoris eadem debet esse causa circa petendum ac defendendum, quæ fuit autoris. Quod cuiq; pro eo præstatur, invito non tribuitur.

CLVII.

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris: ignoscitur servis, si vel dominis, vel his, qui vice dominorum sunt (veluti tutoribus & curatoribus) obtemperaverit. Semper quæ dolo fecit, quò minus haberet: pro eo habendus est, ac si haberet. Jn contractibus successores ex dolo eorum, successerunt, non tantùm in id, quod pervenit, verum

verum etiam in solidum tenentur: hoc est, unusquisq; pro ea parte, qua hæres est.

CLVIII.

Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

CLIX.

Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest: ita ex pluribus causis idem possit esse nostrum.

CLX.

Aliud est vendere, aliud vendenti consentire. Refertur ad universos, quod publicè fit per majorem. Absurdum est plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, quàm hæredem, aut ipsum testatorem, si viveret.

CLXI.

In jure Civili receptum est; quoties per eum, cujus interest conditionem non impleri, fiat, quò minus impleatur: perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertates, & legata, & ad hæredum institutiones perducitur. Quibus exemplis stipulationes quoq; committuntur: cùm per promissorem factum esset, quò minus stipulator conditioni parêret.

CLXII.

Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

CLXIII.

Cui jus est donandi, eidem & vendendi, & concedendi jus est.

CLXIV.

Pœnalia judicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt.

CLXV.

Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur: probandum erit, nec si donationis caussa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam.

CLXVI.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

CLXVII.

Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt. Qui jussu judicis aliquit facit, non videtur dolo malo facere: qui parere necesse habet.

CLXVIII.

Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum. Quod factum est, cùm in obscuro sit, ex adfectione cujusque capit interpretationem.

CLXIX.

Is damnum dat, qui jubet dare. Eis verò nulla culpa est, cui parêre necesse sit. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

CLXX.

Factum à judice, quod ad officium ejus non pertinet, ratum non est.

CLXXI.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit.

CLXXII.

In contrahenda venditione ambiguum pactum cõtra venditorem interpretrandum est. Ambigva autem in tentio ita accipienda est, ut res salva sit actori.

CLXXIII.

In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur: non totum, quod habent, extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. Cùm verbum Restituas lege invenitur: & si non specialiter de fructibus additum est: tamen etiam fructus sunt restituendi. Unicuiq; sua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi observatur. Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.

CLXXIV.

Qui potest facere, ut possit conditioni parêre; jam posse videtur. Quod quis (si velit) habere non potest, id repudiare non potest.

CLXXV.

In his quæ officium fieri per liberas personas leges desiderant, servus inter venire non potest. Non debet melioris conditionis esse, quàm actor meus, à quo jus in me transit.

CLXXVI.

Non est singulis concedendum, quod per magistratum publicè possit fieri, nec occasio sit majoris tumultus faciendi. Infinita æstimatio est libertatis & necessitudinis.

CLXXVII.

Qui in Jus dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet. Nemo videtur dolo exsequi, qui ignorat causam, cur non debeat petere.

CLXXIII.

Cùm principalis causa non consistat, plærumque nec ea quidem, quæ seqvuntur, locum habent.

CLXXIX.

In obscura voluntate manu mittentis favendum est libertati.

CLXXX.

Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

CLXXXI.

Si nemo subiit hæreditatem; omnis vis Testamenti solvitur.

CLXXXII.

Quod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.

CLXXXIII.

Etsi nihil facilè mutandum est ex solennibus: tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est.

CLXXXIV.

Vani timoris justa excusatio non est.

CLXXXV.

Impossibilium nulla obligatio est.

CLXXXVI.

Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit: & cum solvendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito, peti non potest.

CLXXXVII.

Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.

CLXXXVIII.

Ubi pugnantia inter se in Testamento invenirentur, neutrum ratum est. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.

CLXXXIX.

Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate (nisi adposita tutoris autoritate) creditur. Nam quod animi judicio fit, in eo tutoris authoritas necessaria est.

CXC.

Quod evincitur, in bonis non est.

CXCI.

Neratius consultus. An quod beneficium dare se quasi viventi Cæsar rescripserat, jam defuncto dedisse existimaretur: respondit. Non videri sibi Principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse, quem tamen modum esse beneficij sui vellet, ipsius æstimationem esse.

CXCII.

Ea, quæ in partes dividi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur. In re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus justius est, quàm tutius.

CXCIII.

Omnia ferè jura hæredum perinde habentur, ac si continuò sed tempus mortis hæredes extitissent.

CXCIV.

Qui per cessionem, quamvis longissimam, defuncto hæredes exstiterunt: non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes exstiterint.

CXCV.

Expressa nocent: non expressa non nocent.

CXCVI.

Privilegia quædam caussæ sunt, quædam personæ: & ideò quidem ad hæredem transmittuntur, quæ caussæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt.

CXCVII.

Semper in conjunctionibus non solùm quid liceat, considerandum est: sed & quid honestum sit.

CXCVIII.

Neq; in interdicto, neq, in cæteris caussis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est.

CXCIX.

Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.

CC.

Quoties nihil sine captione in vestigari potest: eligēdum est, quod minimum habeat iniquitatis.

CCI.

Omnia quæ ex Testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium quoq; sine vicio ceperint.

CCII.

Omnis definitio in jure Civili periculosa est: parum est enim, ut non subverti posset.

CCIII.

Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

CCIV.

Minus est actionem habere, quàm rem.

CCV.

Plerunque fit, ut etiam ea, quæ nobis abire possint: proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possint. Et ideò quòd fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem in prædio imponere possumus.

CCVI.

Jure naturæ æqvum est, neminem cum alterius injuria & detrimento fieri locupletiorem.

CCVII.

Res judicata pro veritate accipitur.

CCVIII.

Non potest desiisse videri habere, qui nunquam habuit.

CCIX.

Servitutem mortalitati ferè comparamus.

CCX.

Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest.

SEQUUNTUR REGULÆ Juris Canonici.

REGULA I.

Beneficium ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri.

II.

Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit.

III.

Sine possessione præscriptio non procedit.

IIII.

Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.

V.

Peccati venia non datur nisi correcto.

VI.

Nemo potest ad impossibile obligari.

VII.

Privilegium personale personam sequitur, & extingvitur cum persona.

VIII.

Semel malus, semper præsumitur esse malus.

IX.

Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

X.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari.

XI.

Cùm sunt partium jura obscura, reo favendum est potius, quàm actori.

XII.

In judiciis non est acceptio personarum habenda.

XIII.

Ignorantia facti, non juris excusat.

XIIII.

Cùm quis in jus succedit alteri, justam ignorantiæ causam censetur habere.

XV

Odia restringi, & favores convenit ampliari.

XVI.

XVI.

Decet concessum à principe beneficium esse mansurum.

XVII.

Indultum à jure beneficium, non est alicui auferendum.

XVIII.

Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit.

XIX.

Non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.

XX.

Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

XXI.

Quod semel placuit, amplius displicere non potest.

XXII.

Non debet aliquis alterius odio prægravari.

XXIII.

Sine culpâ, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

XXIIII.

Quod quis mandato facit judicis, dolo facere non videtur, cùm habeat pare-
XXV. *re necesse.*

Mora sua cuilibet est nociva.

XXVI.

Ea, quæ fiunt à judice, si ad ejus non spectant officium, virib⁹ non subsistunt.

XXVII.

Scienti & consentienti non fit injuria neq; dolus.

XXVIII.

Quæ à jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt tra-
XXIX. *henda.*

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

XXX.

In obscuris minimum est sequendum.

XXXI.

Eum, qui certus est, certiorati ulterius non oportet.

XXXII.

Non licet actori, quod reo licitum non existit.

XXXIII.

Mutare consilium quis non potest, in alterius detrimentum.

XXXIIII.

Generi per speciem derogatur.

XXXV.

Plus semper in se continet, quod est minus.

XXXVI.

Pro possessore habetur, qui dolo desiit possidere.

XXXVII.

Vtile non debet per inutile vitiari.

XXXVIII.

Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare.

XXXIX.

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

XL.

Pluralis locutio, duorum numero est contenta.

XLI.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

XLIII.

Qui tacet, consentire videtur.

XLIV.

Is, qui tacet, non fatetur: sed nec utique negare videtur.

XLV.

Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerunque fieri consuevit.

XLVI.

Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille uti debebit.

XLVII

Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura.

XLIX.

In pœnis benignior est interpretatio facienda.

L.

Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.

LI.

Semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum.

LII.

Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum.

LIII.

Cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus.

LIIII.

Qui prior est tempore, potior est jure.

LV.

Qui sentit onus, sentire debet commodum, & è contra.

LVI.

In re communi potior est conditio prohibentis.

LVII.

Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio facienda.

LVIII.

Non est obligatorium, contra bonos mores præstitum juramentum.

LIX.

Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem.

LX.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri.

LXI.

Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.

LXII.

Nullus ex concilio, dum modo fraudulentum non fuerit, obligatur.

LXIII.

Exceptionem objiciens, non videtur de intentione adversarij confiteri.

LXIV.

Quæ contra jus fiunt: debent utique pro infectis haberi.

LXV.

In pari delicto vel causa, potior est conditio possidentis.

LXVI.

Cùm non stat per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur: haberi debet perinde ac si impleta fuisset.

LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine: nec alieno licebit.

LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.

LXIX.

In malis promissis fidem non expedit observari.

LXX.

In alternativis electoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittẽdus.

LXXII.

Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.

LXXIII.

Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.

LXXIV.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet aliis in exemplum.

LXXV.

Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cum fidem à se præstitam servare recusat.

LXXVI.

Dictum personæ, non debet in detrimentum ecclesiæ redundare.

LXXVII.

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.

LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt (concessa.

LXXIX.

Nemo potest plus juris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscatur.

LXXX.

In toto partem, non est dubium contineri.

LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

LXXXII.

Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.

LXXXIII.

ΑΚΑΔΗΜΙΑΣ ΚΡΗΤΗΣ ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

LXXXIII.

Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur.

LXXXIV.

Cùm quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.

LXXXV.

Contractus ex conventione, legem accipere dignoscuntur.

LXXXVI.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.

LXXXVII.

Infamibus portæ non pateant dignitatum.

LXXXVIII.

Certum est, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

FINIS.

Soli Deo Laus, Honor & Gloria.



M. DC. XXXVII.

LXVII.

Quod alicui suo non licet nomine: nec alieno licebit.

LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.

LXIX.

In malis promissis fidem non expedit observari.

LXX.

In alternativis electoris est electio, & sufficit alterum adimpleri.

LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multò magis admittẽdus.

LXXII.

Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.

LXXIII.

Factum legitimè retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari.

LXXIV.

Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet aliis in exemplum.

LXXV.

Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cum fidem à se præstitam servare recusat.

LXXVI.

Dictum personæ, non debet in detrimentum ecclesiæ redundare.

LXXVII.

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.

LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.

LXXIX.

Nemo potest plus juris transferre in alium, quàm sibi competere dignoscatur.

LXXX.

In toto partem, non est dubium contineri.

LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

LXXXII.

Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.

LXXXIII.

BIBLIOTECA CENTRALA UNIVERSITARA TIMIȘOARA

LXXXIII.

nel exactum iterum exigatur.

LXXXIV.

r alicui, ad id alia non debet admitti.

LXXXV.

legem accipere dignoscuntur.

LXXXVI.

va sentit, sibi debet, non aliis imputare.

LXXXVII.

dignitatum.

LXXXVIII.

it in legem, qui legis verba complectens, contra

INIS.

us, Honor & Gloria.



DC. XXXVII.

TIFFEN Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches Centimetres

M.T. AKADÉMIA KÖNYV-TÁRA